xilé; ce n'est rien qu'un vain titre. Sans la certitude d'obtenir une récompense, on refuse d'attaquer des ennemis illustres et redoutables, des ennemis nombreux dont on n'obtiendrait pas grâce, même en fléchissant les genoux, et dont la colère ne permettrait plus de goûter le repos des nuits, mais peuplerait les rêves de fantômes. Je vous conjure donc, nobles seigneurs, et vous soldats trop crédules, je vous conjure de rappeler votre ancien courage et de le raffermir; ne vous laissez point tromper par un vain mensonge. C'est une ombre qui vous effraie. René vient se jeter entre nos mains, est-ce là un sujet de crainte? Donnez la mort à celui que vous cherchez, si vous ne voulez pas qu'il gémissé dans vos fers, plongé dans un sombre cachot : les destins vous l'abandonnent; vous pouvez, selon vos désirs, l'immoler ou le réserver aux horreurs d'une éternelle captivité et d'un désespoir sans terme. Les titres d'un prince sans domaines ne sont que ridicules.

L'aïeul de René, portant le même nom que lui, comme lui duc d'Anjou et soi-disant roi de Sicile, ne fut-il pas fait prisonnier par Philippe mon père? Le

Misit. et egregium (memori si nomen in ore est)  
Tunc Barbazanum capto pro rege regentem  
Prelia : confecit. mortis nil tela timentem.  
Ipse acies qui tot / qui tot vexilla / tot enses /  
Duxerat : et felix : et primis victor in annis :  
Victus apud pagum est / ex te o Bellona vocatum  
Belloneuillam : Barrensi scilicet agro.  
Ergo infelices ad bella timete Renatos.  
Nomen et infaustum. genus ac imbelle virorum.  
Nostro preda patri senior fuit. Ecce futurus  
Nobis preda nepos. nec auo felicius iste  
Aduersum inuictos veniet latrunculus enses.  
Inter em̄ paucos illum Fortuna latrones  
Huc reuehit. nec humo hac perituro gratior vlla est.  
Ille obitu repetit lustrum lepus. heu mihi : preda  
Disquisita diu : nunc est oblata : trementi  
Sed populo. atq̄ vtinam tantum mihi dedecus ip̄i  
Mors prius ereptum damno venisset honesto.  
Morte hominis / grauius norunt illustria quicq̄  
Pectora. mors quid sit viuax / agnoscere vultis?

noble Barbezan, autant qu'il m'en souvient, ce guerrier intrépide et dédaignant la mort, ce héros qui commandait pour son prince captif, ce général qui avait guidé tant d'armées, tant d'enseignes, tant de chevaliers, ce chef vainqueur en ses premières campagnes ne fut-il pas tué dans le duché de Bar, près du bourg que Bellone fit nommer Bulgnéville, ne tomba-t-il pas sous les coups des Bourguignons? Après cela, craignez donc les partisans de René, craignez ce nom malheureux, cette faible race dont l'aïeul fut la proie de mon père, comme le petit-fils doit être la nôtre. Il ne sera pas plus heureux, ce jeune aventurier qui vient s'offrir à nos armes invincibles. La fortune l'amène ici entouré de quelques brigands, il lui sera plus doux d'y périr que partout ailleurs. Le lièvre revient mourir au gîte, la proie que j'ai si longtemps cherchée se livre à mes coups, et mon peuple s'effraie! Hélas! pourquoi une mort glorieuse n'est-elle pas venue me soustraire à ce honteux spectacle? Les hommes de cœur savent qu'il y a quelque chose de plus terrible que le trépas; voulez-vous savoir quelle est la

Corporis hec non est. sed lesi vulnus honoris  
Perpetuum / mors est. hec dico vulnera mortem.  
Virtuti ac fame turpes intexere neuos :  
Atq̄ noua maculare vetus formidine nomen  
Antea tam fulgens : animo disponitis vno.  
Nec bellum / sed forte fugam (maioribus acti  
Vos furijs herebi) vultu monstrante paratis.

Quid tamen hic faciã? frustra oro aut impero. peccet  
Qui volet hic. peccet quisquis volet. hic ego frena  
Nulla rego spretus. mea spernite iussa. precesq̄.  
Et scelus hoc vobis dulce ac impune putetur.  
Sed mihi non. Nam si liberrima cuiq̄ facultas  
Ilic male peccandi est : nihil est discriminis inter  
Castra ducum : furumq̄. Igitur parete refrenes  
Imperijs saltem iustis. et viuite tutum.  
Tum seruate metu in magno / cor milite dignum.  
Aut si corda fluunt : vultu gestate sereno  
Non alios q̄ Mars oculos ad prelia portat.  
Vos trepidi / vestros in me transferte timores :

mort qui fait le plus souffrir ? ce n'est pas celle du corps, c'est la blessure mortelle faite à l'honneur, elle seule est la mort, la véritable mort. Mourir, c'est faire tache à l'honneur et à la vertu, c'est couvrir d'une infamie récente un nom ancien, glorieux et redouté, le nom de Bourgogne ; c'est cependant le crime que vous êtes prêts à commettre. Égarés par les furies de l'enfer, vous semblez moins disposés à combattre qu'à fuir. Que puis-je y faire ? on méprise mes prières et mes ordres ; soit coupable qui voudra, je n'ai plus de pouvoir puisqu'on me dédaigne, je ne retiens personne, n'ayez aucun égard à mes ordres ni à mes prières. Libre à vous de regarder ce forfait comme une action agréable ou qui doit rester sans châti-ments ; mais moi je ne la juge pas ainsi, car si chacun avait ici la licence de mal faire, il n'y aurait aucune différence entre l'armée d'un prince et une bande de brigands ; rendez-vous donc dociles à mes ordres salutaires, vivez à l'abri de toute inquiétude, gardez au milieu de vos craintes la bravoure d'un soldat, ou si vos cœurs faiblissent, tâchez de donner à vos traits l'expression du sang froid. Déposez sur

Si datur a superis. id erit portabile nobis  
 Pondus : vt̄i nullum. Que forti sarcina tergo  
 Magnanimi incūbens onerosa est? dura? grauisve?  
 Credo lupum vidistis oues. Qui corda Leones  
 Fortia gessistis : vulpem trepidate fugacem :  
 Cui daret heu vestra hec longos trepidatō risus :  
 Ni maiore etiam q̄ vos terrore paueret.  
 Quo fit / vt̄ haud medici cruciatus tabe doloris  
 Viscera : surripior voto. delirus at aures  
 Alloquor obclusas. et fustibus aera cedo.

Non manibus tandem vestris ego dux Leo / verum  
 Hec dijs castra bonis iam defendenda relinquo :  
 Solus in aduersos audens. mihi viuite testes :  
 In miseram proni mortem. nec viuere digni.  
 Feccerat his finem verbis / cōmota loquentis  
 Ira ducis. qui tunc acres a pectore flammās  
 Expuit ēthneo. sese confessus acerbum /  
 Infestumq; viris hostem Rhenensibus ipse.

moi le fardeau de vos terreurs ; si le ciel le permet, je le porterai sans peine, il ne sera rien pour moi. Quel fardeau peut en effet accabler, fatiguer, charger une grande âme ? Vous ressemblez à des brebis qui viennent de voir le loup. Après avoir tant de fois déployé le courage des lions, vous fuyez devant un renard qui s'enfuit, qui rirait bien de votre crainte si elle n'était surpassée par la sienne. C'est ainsi que je vois avec une douleur profonde votre lâcheté trahir mon espoir ; insensé, je m'adresse à des oreilles qui me sont fermées, je frappe en vain les airs de paroles inutiles ! Moi, le Lion de Bourgogne, moi, votre duc, je ne laisse pas à vos mains le soin de défendre mon camp, je l'abandonne à la protection du ciel. Seul j'oserai combattre, vivez pour être les témoins de mes derniers exploits, lâches qui êtes terrassés par la peur et qu'elle rend indignes de vivre. La colère empêcha le prince d'en dire davantage, son cœur enflammé est semblable au volcan en fureur. Charles vient de montrer la haine qu'il porte aux nations qui habitent les bords du Rhin. Il insulte, il calomnie un

Sic gentem largo melioris munere celi  
Fecundam ingenijs : fecundam viribus : atq̃  
Pacis et armorum ducendis artibus aptam :  
Vniusq̃ dei cultu ac pietate coruscam :  
Falsidicus defert. et per conuicia mordet.  
Heu qui sancta toge non diligit ocia : semet  
Non amat. ast ficto suspectos crimine culpat.

« Ergo operosa suos oratio principis / et si  
Mouerat armatos : tristesq̃ vtcūq̃ leuarat :  
Nulla Renatisequas tardant retinacula turmas :  
Nec tempus : nec iter : celi feritate molestum.  
Nam Iani cum prima nouum mortalibus annum  
Lux daret exurgens : Lothoringos ecce per agros  
Agmina se effundunt germanica. Teq̃ sequūtur  
Arma Renate / quibus notum te feceris orbi.  
Nil auidis durum est. Sed qualiter ore liquatis  
Phebeo niuibus / celso de culmine montis  
Descendunt amnes : frangitq̃ obstantia torrens  
Omnia : sic nihil est gentiq̃ duciq̃ quod obstat.



peuple à qui le ciel, par une faveur spéciale, a accordé la fécondité du génie, la force du corps, l'aptitude aux arts de la paix et de la guerre, et surtout la gloire et le mérite d'offrir de pieux hommages au vrai Dieu. Hélas! celui qui hait les doux loisirs du repos et se montre ennemi de lui-même, vient accuser faussement ceux qu'il soupçonne de s'opposer à ses desseins. Le discours énergique de Charles avait ému ses guerriers et diminué leur consternation; cependant rien ne peut arrêter les compagnons de René, ni les rigueurs du temps, ni les difficultés des chemins que l'hiver couvre d'obstacles. Le premier jour de janvier ouvrait l'année nouvelle quand les bataillons des Germains se déployèrent dans les campagnes de la Lorraine. O René, te voilà entouré des armes qui répandront la gloire de ton nom jusqu'aux limites du monde! Rien n'est pénible à l'ardent désir. Comme les torrents formés par les neiges que le soleil a fondues, se précipitent du sommet des monts et brisent tout en leur course, rien ne peut résister à ces guerriers et au chef qui

Fata ducum mutat nascentis circulus anni  
Terrificus. Celiq̄ rotis affixa probatur  
Sors hominum. liquet ire suo res ordine cunctas  
« Dux vt oberatos cernit Lothoringus amicos :  
Viscera terrarum pertingere tota suarum :  
Vicimus o socij clamat. Tum vicimus / omnes  
Vniuoco ad celum (vi pectoris) ore reclamant.  
Hoc opus est facto tantum : vestigia firmet  
Sepe fugax princeps. et nunc expectet an aptas  
Ad bellum generosa gerit Germania vires.  
Posse (fuga tantum) nostras euadere dextras  
Se sciat is timidus : cursu / non viribus audax.  
Nunc saltem dicat : mea fixus castra tuebor.  
Hoc satis ad palmam est nobis : tam grandia si re  
Verba breui firmet / dicto hoc : p̄stolar hic hostes.  
« His modo decursos implebat vocibus agros  
Omnis in aduentu legio. Rheniq̄ phalanges  
Gause : valido sua tympana verberare tundunt.  
Et patrio pro more tonant : ad prelia leti  
Heluetij. qui tunc velut ad conuiuia currunt :

les guide. L'année fatale aux Bourguignons vient, en se renouvelant, changer les destins des deux princes rivaux, elle vient prouver que le sort des hommes est écrit dans le ciel et que les événements doivent avoir leur cours.

Dès que le duc de Lorraine voit les troupes à sa solde entrées en son duché, il s'écrie : Compagnons, la victoire est à nous ! et tous répètent ce cri avec enthousiasme : Pourvu seulement que Charles, accoutumé à fuir, veuille nous attendre et éprouver si les nobles Germains sont redoutables dans les combats. Bien que ce prince soit plus habile à fuir qu'à livrer bataille, qu'il reconnaisse encore que la fuite seule peut le dérober à nos coups. Qu'il se dise, au moins cette fois, je m'enfermerai dans mon camp pour m'y défendre, c'en est assez pour assurer notre triomphe ; que ce mot : j'attendrai ici mes adversaires, vienne au moins confirmer tant d'orgueilleux discours. Ainsi parlaient les guerriers en traversant rapidement le territoire de René. Les phalanges du Rhin marchent avec joie et font retentir avec force les tambours bruyants ; les enfants de l'Helvétie font sonner les trompes de leurs aïeux ; joyeux

Missouri ad manes multos : aut forsā ituri.  
 Et terram saluere iubent. peregrina locuti  
 Verba. nec indigenis satis intellecta Lothringis.  
 Vox exultantes tamen indicat. indicat oris  
 Et color et gestus. saltantis et ipse superbus  
 Gētis gressus. humūq̄ tremor p̄ssam occupat oēm.  
 Senserunt silue : senserunt rura : viriq̄  
 Obsequium adueniens. et nutu patria leto  
 Tunc hilarem sese (cum desint verba) profatur.

« Proxima Germanis Lothoringe portio terre est :  
 Descensu acclius. quam sub radicibus alte  
 Theutonię positam : veteres dixere Vosagum.  
 Oppidulum sedet hic : quod (fama nobile) diui  
 Tempa Deodati muro circumdat. et almi  
 Glorificum gaudet nomen se ferre patroni.  
 Hac primum in patriam est exceptus fauce Renatus :  
 Cunctorum ingenti applausu. largeq̄ profusis  
 Leticie lachrymis. Dux expectate videri /  
 Et tangi / optaris : si detur cuiq̄ facultas.

de combattre bientôt, ils vont immoler de nombreux ennemis ou tomber sous leurs coups, avec autant d'allégresse que s'ils couraient à de splendides festins; ils promettent de sauver la Lorraine; mais ils le promettent en une langue étrangère et que trop peu de Lorrains comprennent. L'accent de leurs voix, l'énergie peinte sur leurs traits, dans leurs gestes, et leur démarche superbe qui fait au loin trembler la terre, manifestent leur courage. Les forêts, les campagnes sont émues, nos concitoyens comprennent qu'on vient les secourir et le sol de la patrie tressaille d'allégresse. La partie de la Lorraine qui avoisine la Germanie est sur une pente facile située au pied des montagnes qui bornent le pays des Allemands; on a donné à cette province le nom de Vosges; là s'élève une ville fortifiée, peu considérable, mais célèbre; elle renferme en ses murs les églises consacrées à saint Dié, protecteur céleste dont elle s'honore de porter le nom. C'est dans cette vallée que René, rentrant dans ses états, fut reçu avec de bruyantes acclamations et de nombreuses larmes de joie. O prince

Dextram alijs : alijs armatum tangere corpus  
Concessum est. plerosq̄ iuuat palpare superbi  
Et spumantis equi crines. aut colla. vel armos :  
Aut humerum : extremā tremulā ve per aera caudā.  
Et magna in paruis querunt solacia rebus :  
Qui dominum tuti socia cum gente reuisunt.  
Ast v̄bi dux patrie / desideriumq̄ / salusq̄ /  
Spesq̄ / Deodati portas vrbemq̄ subiuit /  
Sub noctem : atq̄ epulis et somno / seq̄ suosq̄  
Instaurauit : equum scandens / se surripit istinc.  
Commendatq̄ suos (qui mox sequerent̄) amicos.  
Filiolosq̄ vocat : quos aduelit. et sua tamq̄  
Pignora tractari iubet hos clementer : aliq̄.  
Atq̄ vale dicto : bellis maturat et hosti  
(Hoc si fata sinunt) optatum imponere finem.  
Namq̄ domi foris est : qui nil ibi possidet. Estq̄  
In patria peregrinus homo : quem subdola terre.  
Vis ferri : princeps violateq̄ accola terre.  
Hec Ferriciden stimulabat cura Renatum  
Continuare viam. post cuius terga cohortes /

chacun voudrait te voir et te toucher, aux uns tu présentes la main, aux autres tu laisses toucher ta poitrine couverte de fer : la plupart se plaisent à caresser la longue crinière de ton destrier écumant et superbe, ou son cou, ou ses épaules, ou sa queue flottante; ils puisent de grandes consolations en ces frivoles caresses, car ils sont heureux de revoir en sûreté leur duc et d'être protégés par le retour des alliés qui l'accompagnent. Mais René, le désir, le salut et l'espoir de la patrie, est entré de nuit dans les murs de Saint-Dié, après que le repas du soir et le sommeil ont réparé ses forces et celles de ses guerriers, il monte à cheval et part, il recommande les amis qui doivent bientôt le suivre, donne le nom de fils à ceux qu'il emmène et veut qu'on les traite comme ses propres enfants; il fait ses adieux et se hâte d'aller, si le ciel le permet, mettre fin aux maux de la guerre en écrasant ses ennemis. Il semble éloigné du domaine dont il n'est plus possesseur, il est étranger dans sa patrie dont la violence et la ruse veulent l'éloigner, et qu'un autre possède au mépris de tous les droits. Cette triste pensée excitait

Telaq̄ / et e toto descendunt bellica Rheno  
 Signa. trucesq̄ hominū vultus Lothoringia laudat.  
 Et sperata prius : nunc primum et visa : per auras  
 Admirante volant oculo vexilla : benignis  
 Iam ventis agitata. regi sic aspera se sors  
 Perpetitur. nubesq̄ duci risere Renato.  
 Et se celum aperit : vultu / solemne : reuerso  
 Dans reditum. et modo se nebulosus februat aer.  
 Hinc vexilliferis labor est iucundus. onusq̄  
 Perleue. nulla animos affligit pena volentes.  
 « Vltima tunc mensis fuerat / currentis et anni  
 Illa dies : cum Theutonicus Lothoringa p̄ arua  
 Miles adest visus : Martis procedere pulchris  
 Ordinibus. numerosq̄ sono seruare tonante.  
 Crastinus at deinceps ferro victricia Ianus  
 Prelia Nanceijs spondet : iuratq̄ procellis.  
 Inq̄ diem differt quintum promissa : daturus  
 Afflicte requiem patrie. penasq̄ necemq̄  
 Hostibus. O Ianum fors vix latet vlla bifrontem.  
 Ergo hunc turba ducem sequit̄ numerosa : globosis



le fils de Ferri à précipiter sa marche en entraînant sur ses pas les guerriers et les étendards qui ont quitté pour lui les rivages du Rhin. Les Lorrains admirent la contenance guerrière des Germains, ils aiment à voir flotter au souffle d'un vent favorable ces drapeaux si longtemps attendus et vus enfin pour la première fois. Ainsi commencent à s'adoucir les destins cruels : le ciel sourit à René, la providence se déclare, elle bénit le retour du prince exilé. L'air devient plus pur, les porte-drapeaux trouvent leur fardeau léger; rien n'est pénible à la bonne volonté.

Au dernier jour de l'année, les soldats allemands parurent en Lorraine, marchant en bel ordre de bataille, au son des tambours qui règlent leurs pas. Janvier, qui commence le lendemain, promet à Nancy une glorieuse victoire, il la promet en faisant retentir les tempêtes, il ne demande que cinq jours pour accomplir sa promesse et donner un doux repos à notre patrie, pour livrer les ennemis à la mort et à de justes châtimens. Quel événement pourrait se dérober aux regards de Janus au

Quotidie accrescens legionibus. atq; viarum  
Vix capit arta viros et equos angustia. resq;  
Bella sequi solitas. et quas deducere : longum est.  
Per tacitos clam fama locos que serpere primum  
Tentarat latitans : nunc (non clandestina) celo  
Se leuat. et patulis diuerberat ethera pennis.  
Semet et insinuat per compita. perq; domorum  
Tecta (replensq; vrbes) tinnit venisse Renatum.  
Hoc pueri hoc vetule recinunt. Elinguia famam  
Sed nec bruta silent. volat ore Renatus in omni.  
Et q̄tum armato posset certamine princeps  
Iunior : adducto potuit clarescere cetu.  
Coruus at e castris tunc est maledicta locutus  
Verba : cauo crassas ructans a gutture voces.  
Precinuitq; viris stragem castrensibus : ensis  
Quā faceret Lothoring<sup>9</sup>. et hanc promisit ab vlmo.  
Approbat infami plumosus corpore bubo  
Corui verba senis : Pyrrhē quoq; tempore nati.  
Et vicina graui predixit funera cantu.  
Nocturnos torquetq; oculos ad mesta Leonum

double visage. Une foule nombreuse, augmentée sans cesse de nouvelles légions, suit les pas de René; la route est trop étroite pour contenir tant d'hommes, de chevaux, de munitions dont l'énumération serait longue. La renommée traverse maintenant à grand bruit les campagnes qu'elle avait dû naguère traverser en secret; elle fend les airs d'un vol précipité, elle pénètre dans les chaumières, elle entre dans les maisons, elle remplit les villes et proclame le retour de René. L'enfance, la vieillesse, les brutes même, répètent ces heureuses nouvelles, le nom du prince est dans toutes les bouches. En voyant le jeune héros accompagné de tant de braves, on put comprendre combien il serait terrible dans le combat. Le corbeau, faisant retentir ses rauques croassements, remplit le camp de sinistres présages, il prédit le carnage que le glaive des Lorrains va faire des assiégeants, et ces tristes oracles descendent de l'orme sur lequel se tient le noir oiseau; l'affreux hibou certifie les menaces du vieux corbeau, né comme lui dans un siècle voisin du déluge; il annonce par ses cris sinistres de prochaines funérailles;

Castra. cadaueribusq̄ inuitat rostra luporum.  
 Multaq̄ portendunt volucres horrenda. canesq̄  
 Qui tunc rura tenent. nam nullus in vrbe latrator  
 Tunc erat. hos fecit mors deplorata silentes.  
 « Certior indicijs princeps at Carolus istis  
 Redditus : atq̄ pauens non falsa pericula : nulli  
 Nec metuenda : animum partes alternat in omnes.  
 Et se querit vtro melius sit vertere. An ora  
 Tergave det : dubitat. libra suspensus in equa.  
 Hoc metus hortatur. verum illud suadet honestas  
 Ambitiosa. diu pugnant precordia : prelo  
 Pressa graui. Et nunc hoc (nutans) nūc expetit illud.  
 Et mox consilijs diuersus damnat vtrumq̄.

« Verbaq̄ composito (q̄uis trepidantia) gestu  
 Sic orditur. habet finem / si vultis amici  
 Finem habet optandum nobis res bellica. necnon

tournant ses yeux qui percent les ténèbres vers les tristes retranchements des Bourguignons, il invite les loups affamés à venir se repaître de cadavres. D'horribles désastres sont présagés par le vol des oiseaux et par les hurlements des chiens qui errent dans la campagne, car il n'en reste pas un seul dans la ville, une mort déplorable les a tous réduits au silence. Charles, que tant de présages rendent certain du sort qui l'attend; Charles, effrayé d'un danger véritable et que nul homme n'aurait dédaigné, est plongé dans l'incertitude. Il se demande lequel vaut le mieux de tourner le dos à l'ennemi ou de l'attendre et de lui faire face; également poussé vers l'une et l'autre de ces résolutions, il reste en suspens. La crainte l'engage à fuir, l'impérieux honneur, l'honneur avide de gloire, l'engage à rester; son cœur, accablé de divers soucis, est cruellement déchiré; tantôt il prend un parti, tantôt l'autre, puis il trouve des raisons qui les condamnent également.

Composant son maintien, il adresse à ses soldats ce discours ou perce cependant la crainte : Si vous le

Longus ob arma labor. tutusq; ad littora portus  
Nos vocat. hunc vno restat perstringere bello :  
Nec quo se eripiat nobis tutore Renatus  
Comperit. et requiem venatur (morte) supremam.  
Inueniat quod morte petit. tum tristia sprete  
Tedia iam vite / conflictu eliminat isto.  
Huic ego sic patrie reducem promitto Renatum.  
Non erat huic forsán cum paruo gentis aceruo  
Dulce mori stolido : traheret nisi barbara secum  
Ora hominum : que nec potuit / nec pectora nosse.  
Heluetiosq; vocat : quos aduehit. hoc quoq; solo  
Nomine vos terret : quo se fallaciter armat  
Callidus. obiectat nec tela. vocabula tantum  
Falsa timetis. At hunc poterit quis ferre pudorem ?  
Ipsé illos vtinam secum vehat. E quibus / vna  
Principe cum misero noster se vindicet ensis :  
Iamdudum optatum sperans haurire cruorem.  
Materiam vobis audendi in prelia : donet  
Nuda hominum gens hec. et cum duce p̄dita nudo.  
Et puero. et rerum ignaro : quas bella requirūt.

voulez, mes amis, voici la fin de cette guerre et des fatigues d'une longue campagne; les délices d'un port assuré nous invitent à terminer notre entreprise. Il ne reste plus qu'à achever la défaite de René, qui n'a pu trouver de défenseur pour le dérober à nos coups; il vient chercher le repos dans le sein de la mort. Que ses vœux soient comblés! que ce combat le délivre d'une existence importune! C'est ainsi que je rendrai René à sa terre natale. Il ne suffit pas à cet insensé de mourir avec quelques Lorrains, il a voulu faire partager son sort à des étrangers dont il ignore la langue et les mœurs, il décore du titre d'Helvétiens ceux qu'il traîne à sa suite, il vous effraie de ce grand nom qui sert d'arme à sa ruse, il ne vous menace pas d'une force réelle et vous redoutez de vains mots! Qui pourra supporter la honte d'une telle crainte? Plaise au ciel que les Suisses l'accompagnent, afin que mon épée puisse à la fois me venger d'eux et du faible duc de Lorraine, car depuis longtemps je brûle du désir de répandre leur sang! Il vous sera facile de signaler votre audace contre

At contra armatos quibus sit honestius arma  
 Iungere : si nudi irrumpunt : armatior / atque  
 Tutior / et vestro veniens sine sanguine pugna est.  
 Prosit et ad vires : quod vobis Carolus adsum :  
 Non puer. hoc (semper felix) in pectore nomen  
 Sit vestro. stupidas firmetque ad fortia dextras.  
 Tum genus / et virtus animi / mea vestraque : nulli  
 Succubuisse sciens. et amati vafria belli.  
 Diuitis Europe quis nostro est angulus ensi  
 Intactus? Celo potuit que terra sub illo  
 Euasisse meas (et non sine viribus) iras?  
 Quas / nec adhuc. Sed sit satis hoc. mordatius vrit  
 Cura animum patris : quibus que post terga relictam  
 Se videt. et tantum hic iuuat in prius acta relabi.

« Quid quod Eburonicam rigida cum plebe rebellem  
 (Sed domitam demum) quondam profregimus urbem?  
 Vssimus et Gandas post stragem et funera leges.



une multitude sans coursier et sans armure, commandée par un enfant qui ignore l'art de la guerre. Il serait, je l'avoue, plus glorieux de combattre des hommes couverts de fer, mais les Helvétiens viennent sans défense vous attaquer, vous combattrez invulnérables à l'abri de vos armures. Ce qui doit surtout soutenir votre ardeur, c'est la pensée que je suis avec vous, moi Charles, qui ne suis pas un enfant sans expérience. Que ce nom toujours heureux reste gravé dans vos cœurs et qu'il soutienne dans le combat vos bras engourdis. Le nom et le courage des Bourguignons, mon expérience de la guerre qui fait nos délices, n'ont permis à personne de l'emporter sur nous. Quelle région de la riche Europe n'a point senti le poids de nos armes? Quelle contrée a pu se soustraire à ma colère redoutable qui veut encore.... Mais il suffit, ces inquiétudes présentes ont plus d'empire sur l'esprit que celles qui sont déjà loin, et je préfère, pour exciter votre courage, jeter un coup d'œil sur les grandes choses que nous avons déjà accomplies.

N'avons-nous pas dompté la rebelle cité de Liège et

Nouerit hoc : qui me nondum timet. Et fera forti  
Colla duci subdat : veniam deposcere doctus.  
Nam mihi (nec negat hoc ratio) libet esse feroci  
In rigidos. Equidem vicinum hoc credo seuerē  
Virtuti vicium. laudiq; ascribere fas sit :  
Cum sibi crudelem subigit vehementior hostem.  
Clara animi virtus hoc cordi suggerit alto :  
Atq; Leoninis imurmurat auribus / acres  
Tris tantum has voces. Cogas inflexile / rumpi.  
His valui tumidus verbis in Eburones. hosq;  
Ante oculos Ludouice tuos rex inclyte vici :  
Quin Belgę florem gentis mea terruit etas  
Feruida Bellouacos. et terruit Ambiduanos :  
Et mihi periuros ac integritate carentes  
Nominis antiqui. Et nunc hostes. Antea fidos.  
Quos vtrosq; viros / posthac (si viuo) reuisam  
Fortior ac dudum. victis iucundus et illis.  
Inde sed ad veteres et stirpe et sanguine Dacos /  
Norueiosve / nouo Normānos nomine dictos :  
Irrupi armatus. pinguis vastator et agri.

n peuple opiniâtre. N'avons-nous pas brûlé, après prise et le pillage de Gand, les lois que cette ville ait rendues contre le fisc établi par Philippe; ceux qui refusent de me craindre connaissent ce que je fais, et ils viendront humblement se soumettre; ils apprendront à demander grâce au redoutable duc de Bourgogne. La raison le proclame, il est permis d'être sévère vers d'audacieux rebelles. Je crois que la cruauté est presque une vertu et qu'elle est digne d'éloges, lorsqu'elle sert à dompter un ennemi cruel. L'honneur inexorable a révélé cette vérité dans mon cœur généreux, il murmure sans cesse à mes oreilles de lion ces trois nobles paroles : *rien ne résiste*. Ces paroles ont augmenté mes forces contre Liège, et j'ai vaincu ses guerriers sous les yeux du roi Louis. J'ai été l'effroi de la Belgique, de Beauvais et d'Amiens, cités parjures qui manquaient à la bonne foi de leurs anciens habitants, et qui devenaient ennemis après avoir été fidèles. Si je le puis, je reverrai, plus rassurant que jamais, ces deux villes où ceux que j'ai vaincus seront heureux de me recevoir. De la Belgique je

Et properans ducis egregiam Rhollonis ad urbē /  
 In qua morte iacet (sed gestis / iusticiaq;  
 Viuus / et illustris) ciues in bella vocaui.  
 Circuiensq; vrbis fauces : ego ciuibus horror /  
 Tentauī an vellent armis contendere. Remq;  
 Difficilem aggressus : fixi tentoria propter.  
 Et viso stupuit me Sequana. cunctus et equor  
 Finitimū petijt : solita non tutus in vnda  
 Piscis. et auxilio gentis tunc Rhollo vocatus :  
 Erexisse caput voluit. Mors fortibus obstat  
 Fortior. hinc orba hoc fleuit tunc Neustria patre :  
 Que Driadum de lacte bibit. non ebria Baccho.  
 At cum vicinos igni succenderet agros  
 Vis mea : Rothomagas (et corda ferocia) vires  
 Subrisi : clausas pro telo ostendere portas.  
 Rebus in exiguis quid maximus īmoror? Ista  
 Gloriam reor. O multo maiora supersunt ⁂  
 Que summo illustant nostros splendore labores.  
 Monte sub Herycio ( nec enim mea dicere gesta  
 Erubeo verax) Franci durissima sceptri

pour ravager les fertiles campagnes que possèdent les descendants des Daces et des Norvégiens, nommés aujourd'hui Normands, j'ai menacé la grande ville de l'illustre Rollon, la ville où repose aujourd'hui la cendre de ce héros dont les exploits, la justice et la gloire vivront éternellement; terrible aux habitants, menaçant toutes les portes, j'ai offert le combat. Osant tenter une grande entreprise, j'ai placé là mon camp. La Seine en fut étonnée; les poissons allèrent chercher des eaux plus tranquilles. Le vieux Rollon, invoqué par ses enfants, voulut se lever au tombeau, mais la mort, plus puissante que les plus vaillants guerriers, rendit ses efforts inutiles et la Normandie où le suc de la pomme remplace l'enivrante liqueur de Bacchus pleura, privée de son père. Lorsque mes troupes incendiaient les campagnes, j'ai ri des vains efforts et du courage inutile des Rouennais, et mes armes ont retenus dans l'enceinte de leurs remparts. Mais pourquoi m'arrêter à de médiocres exploits, tout cela ne doit mériter que peu de gloire, il reste encore bien des faits plus éclatants qui doivent honorer nos travaux

Prelia sustinui. regemq̄ a fronte repressi.  
 Nostra cruentantem roseo tunc castra cruore /  
 Regem ipsum / gr̄adiq̄ animo sua bella regentem :  
 Detorsi. et Martis campo cessisse coegi.

Audiat ista velim verba. aut resciscat is ipse  
 Rex Ludouicus. Eo teste hic / et iudice : dicar  
 Veridicus. laudem nec per mendacia quero.  
 Hunc / at vbi excepit tutata Lutecia / prisca  
 Nominis vrbs ingens : arx gentis et inclyta France :  
 Persequor. huc mecum coniurata agmina ducens.  
 Ac regni proceres / domino / regi q̄ rebelles :  
 (Me grandis ductore rei) per viscera pulchrę  
 Diuitis et terre grassati : bella pararunt.  
 Et qua Sequaneis sese Matrona profundus  
 Miscet aquis (campo metatus castra patenti)  
 Parisium obsedi. (Que trans hanc gloria?) murum.  
 Gloria que trans hanc Que trans hanc gl'ia? Q, si  
 Murum fulmineo non fregimus hunc tormento :  
 Terruimus saltem ciues. Regemq̄ pacisci

de lauriers éternels. A Monthéry, je ne crains pas de raconter ce que j'ai réellement accompli, à Monthéry j'ai soutenu tous les efforts de la couronne de France, et j'ai forcé le roi à reculer. Oui, j'ai mis en fuite le roi Louis; quoiqu'il déployât un grand courage à la tête de ses vassaux et qu'il répandit en notre camp des torrents de sang, je l'ai forcé à m'abandonner le champ de bataille. Je voudrais que Louis entendît ou apprît ces paroles, il croirait lui-même que je dis bien la vérité et que je n'exagère pas pour augmenter ma gloire. Dès que Paris, cette vaste et antique cité, ce rempart de la France, eut renversé son monarque en ses murs, je le poursuivis en vainquant les troupes des conjurés et des vassaux révoltés contre leur seigneur et maître. Sous ma conduite, car je dirigeais cette grande entreprise, ils pénétrèrent au sein de cette riche contrée et y portèrent la guerre. Au lieu où la Marne profonde vient mêler ses eaux à celles de la Seine, je plaçai mon camp et j'assiégeai Paris! Quelle gloire peut égaler celle-là? quelle gloire! quelle gloire! si notre artillerie n'a point renversé les

Compulimus. votis et condescendere nostris.

Hac quot ī vrbe (potēs) turres : q̄t tēpla : domosve :

Quot generis vultus humani : āt corda q̄t : aut quot

Sydera concussi / lituo : et stridore tubarum ?

Et metuisse aliquis potuit mea fulmina : nondum

Natus. et vrbe sua obsessus : genitricis et aluo :

Menia vagitu defendit clausa tenello.

Et lachrymis muliebre genus. votisq̄ sacerdos.

Nempe greges plebis tante / numerosq̄ globosq̄ /

Atq̄ palatinum cum nobilitate senatum

Turbauī. legesq̄ metu siluere gementes.

Et clamosa prius / tunc flens per rostra / silensq̄

Iusticiam : cunctis clausit pretoribus ora.

Neue vrbis fieret pars expers vlla timoris :

Translatas sancta huc cū Pallade tūc et Athenas :

Cunctaq̄ Musarum turbauī pulpita : doctis

Inuigilata oculis. Totumq̄ Elicona Sophye

Turbauī. et fontem sacrum : quem penniger olim

Fodit equus. trepido turbauī et singula motu.

Adijciam tante laudi quid maius? ad astra



parts de cette capitale, nous n'en avons pas moins  
trembler les habitants, forcé le roi à demander la  
x et à nous accorder tout ce qui était l'objet de nos  
lamations. En ces lieux, combien de tours fortifiées,  
mbien de temples, de maisons, combien d'oreilles et  
cœurs, combien d'astres s'émurent aux sons éclatants  
mes clairons et de mes trompettes. Plus d'un enfant,  
iégré dans sa ville et dans le sein de sa mère, put fré-  
r avant sa naissance au bruit de mes bombardes et ses  
bles vagissements se mêlèrent aux larmes des femmes  
aux vœux des prêtres qui demandaient au ciel de proté-  
r leurs remparts, car je remplis de terreur la foule in-  
mbrable qui habite Paris, j'épouvantai son conseil et  
noblesse. La crainte que j'inspirais imposa silence aux  
s affligées, la justice, dont la voix faisait retentir la tri-  
ne, ferma son sanctuaire en versant des larmes en si-  
nce. Aucune partie de la ville ne fut exempte d'effroi, je  
pandis la consternation au milieu du chœur des muses  
Athènes transporté en ces lieux avec la déesse Pallas,  
fis trembler l'Hélicon où la science se repose, je

His gradior gestis. vrbem dicamus / an orbem  
 Parisie immensum gentis mare? Constat in hydram  
 Tot capitum / quondā nullum pugnasse gigantum.  
 Integer inde tamen redij. Quin nomine maior  
 Me / redij. et potui talis / tantusq̄ reuerti :  
 Ab Genouefea tandem vel gente vel vrbe :  
 Credar vt inuicto rigidi de sanguine Martis.  
 Sic pulchre diues laudis : sic diues honoris :  
 Immortale mihi partum per secula nomen :  
 Ad regnum Athlantis stellati / a Gange refusum est.  
 Bis tribus arma gerens lustris : vt tyro docendus  
 Prelia sum? longo ferri iam laureor vsu.  
 Iugibus assiduum bellis : Germanica quantum  
 Oppida me timeant (Vbios aggressus et arua  
 Gentis Agripine) re / non sermone probaui.  
 Nouesiumq̄ docet. Cui nunc vult Nussia nomen  
 Esse recens. nostroq̄ afflictum milite nuper.  
 Mense superiecto / totum locus ille per annum  
 Marte meo obsessus : sese diuellere nostris  
 Haud valuit manibus : quin funera multa / famēq̄

troublai la fontaine sacrée que fit jaillir le cheval ailé; je jetai partout la terreur. N'est-ce pas là le comble de la gloire? de tels exploits ne me rendent-ils pas digne des cieux? Est-ce une ville ou un monde que cette vaste plaine qui contient le peuple de Paris? Aucun des géants ne combattit une hydre armée d'autant de têtes; et pourtant je suis revenu sain et sauf de cette terrible guerre; j'en suis revenu couvert de nouveaux lauriers; j'en suis revenu aussi célèbre, aussi puissant que vous me voyez aujourd'hui. La cité que sainte Geneviève protège me regarde comme un fils invincible du terrible dieu des combats; c'est ainsi que comblé d'honneurs et de gloire je me suis acquis une renommée éternelle qui retentit des rivages de l'Atlantique jusqu'à ceux du Gange. Depuis deux fois trois lustres, l'usage de la guerre a mûri mon expérience, et la victoire s'est accoutumée à me suivre. Combien les villes d'Allemagne me redoutent! je l'ai prouvé par des faits sous les murs de Cologne, sous ceux de Nuits que nous avons naguère assiégés pendant treize mois et qui n'ont pu nous échapper qu'après avoir souffert toutes les

Sentiret. totus quibus huic Rhenus adesset.  
Per cuius ripas / et tutus et hostis amenas  
Erravi. nostram veluti lasciva per aulam  
Ocia rimarer : lento gaudencia gressu.  
Nec bello fugiens : a finibus abstrahor illis.  
Cesaris at precibus. quarum vis regia fecit :  
Nuberet illius mea mox ut filia nato.  
Res mihi Nouesios erat hec tractanda per agros :  
Cum mihi percussum fideifragus ille Renatus  
Armorum est ausus fraternum abrumpere fedus.  
Rupit. Et oh rupte mala pacis comoda / tandem  
Amplexurus : amet meritam iam crimine mortem.  
Stat fixum / hunc contra bello decernere. cuius  
Is sit honor / visam. Cuius vel gloria. Cuius  
Palma sit hec nostrum. quia non hec suscipit ambos  
Terra duces : eius tantum qui vicerit : esto.  
Experiar quid fata velint. latrunculus armet  
Se / licet : hac princeps semper tellure manebo :  
Possessor bello eternus. nulloque fugandus  
Hoste vinctus. doleat quicumque hoc / emulus audit.

horreurs du carnage et de la famine; cependant tous les peuples qui habitent les bords du Rhin avaient pris les armes, et moi, leur ennemi, je parcourais sans rien craindre les rives fertiles de ce fleuve, je marchais lentement comme si j'étais environné des délices de ma cour; mais toujours prêt à accepter le combat. Je quittai ces contrées, pour me rendre aux prières de l'empereur Frédéric qui s'engagea à me donner bientôt son fils pour gendre. Je négociais cette union sur le territoire de Nuits, lorsque le parjure René osa rompre l'alliance qui l'unissait à son frère d'armes; mais bientôt il éprouva les maux qu'il a mérités en dédaignant la paix, il va désirer la mort dont il s'est rendu digne par sa perfidie. Je persiste à lui livrer bataille, nous allons voir à qui restera la victoire et le titre de duc; la Lorraine ne peut avoir à la fois deux maîtres, qu'elle appartienne au vainqueur, que la volonté du ciel se manifeste! Ce brigand a beau prendre les armes, je resterai possesseur de ce pays, je le posséderai à jamais par le droit de la guerre et personne au monde ne pourra

Talia confirmans e celo verba / deorum

Rex deus : hac (inquit) semper tellure manebis :

Inde recessurus numq̃. Quecumq̃ rogasti :

Sint rata. possessor fies : possessus et hospes

Perpetuus. damnosa tui fer premia voti.

Non audita duci / nec formidata loquentis

Tanta dei vox est. surdas tamen obruet aures

Vocis atrox lapsę pondus : per nubila iactum :

« Sana autem procerum querit sententia : quonam

Declinent pacto bellum crudele : propinquum /

Ad barbamq̃ astans. et multis flebile semper

Matribus / heu natos visuris inde necandos.

Consultantq̃ probi dubijs de rebus. et ardent

Bellorum flammis / et sui corda Leonis

Lenire. et sese exoptant cum principe saluos.

Pugnat eos contra / princeps. Iam iamq̃ / repugnant

Mille duci lingue : solo hoc vno ore sonantes.

« Inclyte nostrarum dux / et custodia rerum :

Et necis / et vite simul / arbiter : horrida tecum

Bella diu passi : nullum ob te ferre laborem

m'en éloigner. Que mes ennemis l'apprennent et frémissent.

Confirmant alors ces paroles, Dieu dit du haut des cieux : Oui, tu possèderas éternellement cette terre, tu n'en sortiras plus, tes désirs seront comblés, tu la possèderas et elle te possèdera elle-même à jamais, porte la peine de ton vœu fatal. Cette sentence divine ne fut point entendue par Charles et ne lui causa aucune crainte. Mais c'est en vain qu'il refuse de l'entendre, tombant du haut du ciel, à travers les nues, elle accablera le duc de son terrible poids. Les nobles Bourguignons cherchent sagement un moyen d'éviter le combat cruel qui les menace et qui doit forcer tant de mères à pleurer la mort de leurs enfants. Ils se consultent dans cette situation critique, ils brûlent du désir d'éteindre les flammes de la guerre et le courroux du Lion cruel, ils veulent sauver leurs jours et ceux de leur prince. Celui-ci n'y veut pas consentir, mille chevaliers par l'organe d'un seul lui tiennent ce discours.

Noble Duc, notre chef et notre défenseur, arbitre de notre vie et de notre mort, nous avons depuis long-

Spreuimus. arma viros quotiens nos iusta vocarūt.  
 Nec membra aut vitas telis subtraximus vllis  
 Antea. Testis ades. Nunc autem segnius enses  
 Stringimus ac pridem. Et genus hoc oīno gerendi  
 Belli / animos terret : mens et male conscia nostros.  
 Cetera te propter que gessimus arma : suo se  
 Iure / tuebantur quondam. Nos optima fortes  
 Fecit causa viros ante. et nunc calua / remissos.

Fallimur hic. nec enim iustus satis in tua rancor  
 Pectora descendit : qui te hec inflammet ad arma.  
 Primum hoc. Tum patria pugnans pro paupe : diues  
 Urbium / et agrorum tantorum : et gentis / et auri.  
 Quicquid habes : quicquid speras : hoc proteris / vsu  
 Bellorum. baratro hoc nequeunt immersa reuerti.  
 Mars homines et opes absorbet gluto. Sed ista  
 Rident damna duces. Ouium sumus instar : et omēs  
 Debemus domino iugulos : ad bella vocanti.  
 Quot cecidere tue (dux o quot) milia gentis :  
 Cuius nec numerum curas : nec mortua queris



temps supporté sous vos ordres de bien rudes campagnes, nous n'avons reculé devant aucun péril pour vous servir, chaque fois que de justes querelles ont exigé le secours de nos bras nous n'avons cherché à éviter ni les blessures ni la mort, mais vous le savez. Nous avons pour la première fois moins d'ardeur. Votre manière de conduire cette guerre nous effraie. Toutes les autres querelles que nos épées ont soutenues étaient justes et légitimes. Notre bon droit fit notre force, l'injustice nous affaiblit en ce jour, la colère qui vous enflamme est contraire aux lois de l'équité. Tel est notre premier aveu. Puis vous venez ici chercher à conquérir une chétive province, vous qui êtes si riche en villes, en domaines, en sujets, en trésors, vous venez jeter dans ce gouffre insatiable tout ce que vous possédez et tout ce que vous pouvez espérer encore. Ce gouffre dévorera vos guerriers et vos richesses. Mais les princes se rient de ces désastres. Nous sommes des brebis qui doivent venir tendre la gorge au maître qui les appelle au carnage. Combien, ô Charles, n'avez-vous pas déjà

Nomina ? Substitues occisis corpora (dices)  
Viua. suo matres pariunt pro principe fetus.  
E quibus apta colo pars. mascula seruiet ensi :  
Pars melior. Talis dure est sententia frontis.  
Esto / velint leges regem defendier omni  
A populo : negat hoc tibi / nunc exhausta tuarum  
Terrarum virtus. Namq̄ optima sanguine pubes  
Iam perijt fuso. ferriq̄ absumpta rigore est.  
Quo reparare cupis pacto / cuiusve fauore.  
Perdita tot / bellis capita : et res vndiq̄ lectas  
E gazis dux magne tuis? A ciuibus aurum  
Sepius exactis : frustra expectaueris vllum.

Era / virosq̄ tibi / Senones cognomine Galli  
Ore negant plano duri. quod vtrumq̄ / negare  
Pleumosios certum est : par et sententia surgit  
Aduaticis. nec Piconios iter huc vehit vllum.  
Quot venere prius / satis impendisse cruoris  
Se reputant Marti / nimium tibi semper amato :  
Edibus a vacuis quid vis educere ? finem

**fait** périr de milliers de Bourguignons, vous n'en demandez pas seulement le nombre, vous en ignorez les noms. Vous remplacerez, dites-vous, les morts par les vivants. Ce n'est que pour vous que les mères donnent le jour à leurs enfants, les uns tiendront la quenouille et les autres, la plus noble part, porteront les armes. Telle est la pensée qui se lit sur votre front sévère. Mais si les lois ordonnent à tous les sujets de défendre leur maître, les forces épuisées de votre peuple l'empêchent d'obéir. Déjà la plus belle jeunesse a péri après avoir prodigué son sang, le fer l'a moissonnée. Comment pourrez-vous remplacer tant de têtes, tant de trésors que la guerre vous a ravis? Vos sujets ruinés n'ont plus d'or à vous donner. Les Bourguignons fatigués refusent de se soumettre à de nouvelles levées d'hommes, à de nouveaux impôts; ils le refusent ouvertement. Les Flamands imitent leur conduite, les Brabançons partagent leurs sentiments. Les Picards, qui étaient si nombreux au commencement de cette guerre, n'enverront plus de troupes; ils pensent qu'ils ont assez versé de sang dans les combats qui ne

Dux bellis impone tuis. nunc gentis opumq̄  
 Effetus : tumidus quid viribus absq̄ / ferocis?  
 Ante oculos refer ista tuos / contraria belli  
 Auspicijs. numera digitis / quot nigra flagellis  
 Te Fortuna quatit. tua quantum fata sinistret.  
 Nūmorum / atq̄ hominum nobis se copia nudis  
 Subtrahit. Arma / et nos / et equos / iamabile n̄ros  
 Tempus inaniuit. tum celi tela parantur  
 In nos cuncta. niues. ventorum turbo. geluq̄.  
 Hostibus at contra eiectis / spes / iusq̄ / deusq̄ /  
 Omnia promittit vindex. pulsusq̄ regressum  
 Pollicitus : dat eis reditus ad prelia tutos.

Feruidus ad causam iuste est Lothorīgus. Et adsum  
 Hostis ait vibrans gladios : patriamq̄ resumens.  
 Et bellum expectas. et te crudelibus offers  
 Heluetijs. prudentis erat fugisse : quod optas  
 Amplecti. Te sola potest fuga reddere tutum.  
 I. tua saluatum tecum. Et delude phalanges  
 Hostium. et in solidum velox se transfer asillum.

font que trop vos délices. Que voulez-vous faire sortir de demeures désertes? O prince, mettez enfin un terme à vos entreprises guerrières; sans soldats, sans argent, d'où vous vient tant d'orgueil en votre faiblesse? Mettez sous vos yeux les désastres qui ont compensé vos victoires, comptez combien de fois la fortune ennemie vous frappe, combien de compagnons d'armes, combien de richesses nous sont enlevés et nous laissent dépouillés de tout. Les rigueurs du temps ont affaibli nos guerriers et nos chevaux, tous les traits d'hiver sont dirigés contre nous, la neige, les vents, la gelée, la glace. Mais les ennemis que nous avons autrefois chassés reviennent pleins d'espoir, soutenus par le bon droit, par la faveur divine qui leur promet la vengeance, le retour dans leurs foyers et les ramènent à des combats dont le succès est certain. Le Lorrain brûle d'une juste ardeur pour une cause légitime; je viens, je viens, dit-il en brandissant son épée et en délivrant sa patrie. Et vous voulez attendre vos adversaires, vous voulez vous offrir aux coups des farouches Helvétiens, la sagesse vous commande de fuir

Castra moue : atq̄ aliq̄s tantū hostib⁹ obijce muros :

Saluus es. En primus si rumpitur impetus illis

Murorum obiectu : vis horum elusa / retrorsum

Lubricet. his gelidi nec erit paciencia mensis.

Arua relinque tuis nunc hostibus hec. medioq̄ :

Matricum subeas. quam quondam Metius armis

Cesaris euictam : Metim de nomine dixit

Prefectus proprio. tunc qui instaurauerit vrbem.

Te remoue / belli quem summa pericula querunt

Dux bone. sic falles hostis conamina seui.

Vtilis hec nobis erit vrbs. vicinior autem

Vrbs tibi Leucorum est. istam suspectius. illam

Tutius. et populo forte expectatus : adibis.

Hinc citus euade. Et tetro te surripe fato.

Que male dispensant netrices fila sorores

Immuta. Et canos felix te transfer in annos.

Tardus it ad manes nemo. vel te duce vitam

Consilias nobis. vel te littore secures.

ce que vous allez chercher. Allons, sauvez vos sujets avec vous ; échappez aux phalanges ennemies et retirez-vous promptement dans un sûr asile. Levez le siège , mettez-vous à l'abri de quelques remparts et vous êtes sauvé, si le premier choc des Helvétiens est arrêté par les murs d'une forteresse , leur force s'évanouira bientôt ; ils ne pourront supporter tout le mois glacé de janvier. Laissez la campagne à votre rival et allez vous renfermer dans la ville des Médiomatriciens , à laquelle Métius , après l'avoir vaincue par les armes de César , et en être devenu gouverneur , donna le nom de Metz , tiré de son propre nom , parce qu'il avait considérablement augmenté l'étendue de cette place. C'est ainsi , ô notre bon prince , que vous pourrez échapper aux efforts des ennemis , nous offrir de grands avantages. Toul est plus près , mais plus faible , vous serez en sûreté à Metz , le temple vous y recevra avec joie. Hâtez-vous de vous y renfermer , échappez au danger qui menace vos jours , changez le fil que les trois sœurs vous mesurent injustement , prolongez-le heureusement jusqu'à une longue

Arma magis quæ verba / locus / tempusque requirit :  
 Siue fugam. Q, si hanc vis appellare recessum :  
 Hoc potes. At cede. et viuens tibi : viuito nobis  
 Omnibus. Extremo hoc donatos munere salua.  
 Vix procerum grauis atque sonans oratio / finem  
 Sumpserat : hos fidei lese / trepidique timoris  
 Cum dux insimulat : fidis ingratus amicis.  
 Sanaque non sanus fugit hic hortamina. Spemque  
 Ipse sui capiens plusquam fas posceret : infit  
 « O quibus est odio belli decus omne : virensque  
 Laurea milicie : que vos Alletho fatigat  
 Degeneres? atque indignos seruire Leoni  
 Magnanimo? me consilio quo ducitis egro?  
 Quid ve monetis oues? pastorē ante ora luporū  
 Attentare fugam? Non nostri est pectoris ista  
 Impietas. turpis nec me hec huc suasio ducet :  
 Vnde bonos sanctus retrahit pudor. vnde venustas.  
 Precipue / tellus hec sit cum nostra / manendum  
 Hic statuo. fugite hinc sine principe. vadite mortem  
 Quesitum : quo vultis. ab hac tellure reuellet



vieillesse : personne n'arrive tard à la mort, vous pouvez être notre libérateur, notre sauveur, ou notre bourreau. Le temps et le lieu veulent des faits et non des paroles, il faut combattre ou fuir ; si vous voulez, appelez cette fuite une retraite, mais cédez et sauvez-vous pour vous-mêmes et pour nous tous. Accordez-nous la vie pour dernier prix de nos services. A peine le grave et sévère discours des vassaux a-t-il cessé, que Charles les accuse de perfidie et de lâcheté, oubliant ainsi avec ingratitude leur fidélité et leur dévouement. L'insensé rejette ces sages conseils, mettant en lui-même une trop grande confiance, il dit :

Ce corps qui se rendit si redoutable aux Bourguignons, se composait d'environ huit mille guerriers d'élite, qui pouvaient dire : nous ne craignons ni la barbe ni les bras d'aucun ennemi. A la gauche, se trouvait à la tête de cinq cents cavaliers le seigneur de Ribaupierre, maître sévère pour ses vassaux, gardien redoutable de son domaine, brûlant d'illustrer sa race par de brillants exploits, il est fier de donner ses ordres et son nom à l'aile gauche, il cherche par ses hauts faits à effacer les soupçons qui l'entourent depuis cette nuit où le fier duc de Bourgogne s'empara du pont de César, que l'on nomme aujourd'hui Pont-à-Mousson. Ce riche et vaillant alsacien, guidant les

Auri equare sui cumulis ingentibus / ingens  
Fame stema. tamen fur est : homicidaq̄ semper  
Liuor. et accinctus sica : fluit ipse venenis.  
Et probus / et nequam / sunt illi preda. Sed audi.  
In re quisq̄ sua iudex se viderit intus.  
Nunc ad rem redeo nostram. Ducis ecce Renati  
Cura / regit cunctos. Legioni namq̄ pedestri  
Bis quadringentos equites adiunxerat ipse.  
Arduus hos inter / tamq̄ rem digerat omnem  
Dux oneri incumbens patrie / et spes vnica : dextro  
Sederat in cornu : tergo deuectus amati  
Quadrupedis : dominā dici quē scripsimus : et quē  
Morathense probis bellum laudauerat armis.  
Hūc phalerat / diues auro prediuite textus  
Coccinus : ornatu elatum : cui fulgida celsum  
Pluma caput cristans : auratis fulgurat astris.  
Et cultum se nouit equus. sessore superbus  
Magnanimo subter. certus quem deuehat armo.  
Et tremulo ridens hinnitu : naribus auras  
Afflat. et altisono celum transuerberat ore.

destriers d'Allemagne, veut conquérir autant de gloire qu'il a amassé de trésors, l'envieux n'est cependant qu'un brigand, qu'un meurtrier, toujours armé d'un poignard caché, toujours prêt à verser le poison; le criminel et l'homme vertueux sont également sa proie; mais apprends que chacun porte au fond de son âme le juge de sa propre conduite.

Je reviens à mon récit. René a tout prévu; il a fortifié son infanterie de huit cents cavaliers qu'il guide lui-même. Il brille au milieu d'eux comme il convient à un général en chef, à un prince qui tient en ses mains le sort et l'espoir de la patrie, il s'était placé à l'aile droite, monté sur Domina, ce cheval de bataille dont nous avons parlé et qui avait signalé sa vigueur et son agilité à la bataille de Morat; Domina est revêtu d'une housse d'or et de pourpre, des plumes flottent sur sa tête en panache éclatant, il est orné d'étoiles d'or, il est fier de sa parure, plus fier encore de porter son noble maître, sachant bien quel est son précieux fardeau, il semble sourire en hennissant doucement, le souffle de ses naseaux élève un léger

Tum freno iratus : vellet (quo non datur) ire  
 Feruidus. et glaciem dispergit calce. niuesq̄.  
 Nec sibi dat requiem. Sed qui requiesceret : ardens  
 Quicquid erat cordi domino quem gestat? In vnū  
 Spes vehemens requiesq̄ negant se posse coire.  
 Irrequietus equi tunc spiritus ardua sperans  
 Hinnitu et gestu palme presagit honorem.

« Sed dominum qui frena regit pecudisq̄ sueq̄  
 Gentis : equo similem credas. Nam letus et acer  
 Bella sitit : galee crista ramosus. et auri  
 Bracteolis. ipsum hunc clamantibus hectora multis.  
 Arma super cuius preciosa effulserat ostro  
 Auriuomo vestis. vestiq̄ (vt audio) dexter  
 Supparus herebat / tricolor consutus. vt inde  
 Gente ducem a tota / color / is secerneret ipsum.  
 Nix ibi / flamma / cinisq̄ suos posuere colores :  
 E quibus / in longum se supparus ille trahebat  
 Materia intextus hac : qua nos Seres honestant.  
 Sed domini phaleras / et equi geminata tegebant



nuage. Il remplit l'air de sons éclatants, luttant contre le frein, il voudrait se précipiter en avant, ses pieds impatients frappent et font voler la glace et la neige. Comment Domina aurait-il pu rester en repos, il a le même désir que son maître, et le désir ne s'accorde pas avec le repos. L'impatience du destrier, son ardeur, ses hennissements joyeux, semblèrent un présage de victoire. Mais on voit facilement que le prince qui guide à la fois ses sujets et son coursier, partage l'impatience de Domina; ardent et joyeux, il brûle de combattre; des voix nombreuses le proclament un nouvel Hector; il a le front ombragé d'un panache flottant et couvert de lames dorées. Une tunique de pourpre et d'or est placée sur sa riche armure, à la manche droite brillent trois couleurs qui désignent le duc de Lorraine à toute son armée, ces trois couleurs sont empruntées à la neige, à la flamme, à la cendre, la manche longue et flottante était tissée de ce fil précieux que l'Inde nous envoie. La tunique du prince et la housse de Domina étaient semées de croix de Jérusalem, annonçant que René descendait des rois de Solyme. Toute la noblesse du

Signa Hiebusee passim crucis. atq̄ Renatum  
Late ostendebant Solyme de regibus ortum.  
Huic reliqui patrie primores / clarus et aule  
Sanguis / et officijs fulgens maioribus astat.  
Astat honos. dominūq̄ sequi : aut p̄cedere gaudet.  
Et que Theutonico fatur Lothoringa boatu /  
Venerat huc certe vasti gens inclyta regni.  
E Lothoringigenis / necnon Barrensibus / assunt  
Arma potestatum. vis et pretoria. fertq̄  
Arma magistratus (nullis tardantibus) omnis.  
Proq̄ suo fidi domino fortesq̄ piasq̄  
Adnauant operas. et magni magna facessunt.  
Nobilitas igitur tota hic sincera (retractis  
Perpaucis) aderat. quibus et malefida reliquit  
Proditio patrie / desumptum a crimine nomen.  
Vnde futurorum tabescat fama nepotum.  
Martius iste probos decuit locus. Ergo coronant  
Circundantq̄ ducem fortes. et corpore charum  
Plus proprio / tutantur. Ouantq̄ assistere tanto  
Induperatori. Et querunt gesta ardua de se

duché, tous les grands officiers de la cour se disputaient l'honneur de suivre ou de précéder leur maître. Les illustres enfants de la Lorraine allemande, les nobles de Lorraine et de Bar, tous ceux qui remplissent des charges civiles et militaires, ont pris fidèlement les armes pour leur prince, ils le servent avec courage et loyauté, ils savent se distinguer par des exploits dignes de leur naissance.

Là se trouvait donc toute la noblesse du pays, si l'on en excepte un petit nombre de malheureux coupables de haute trahison, crime dont l'infamie retombera sur leur postérité. Ce champ de bataille ne reçoit que des guerriers fidèles. Les braves entourent leur prince, ils l'environnent, ils font un rempart de leurs corps à celui qu'ils aiment plus que la vie. Fiers de combattre aux côtés d'un tel chef, ils cherchent à se signaler par des

Numq̄ delendis scribenda relinquere chartis.  
 His instructa viris acies postprima : potentes  
 Obtinuit neruos. vexillo ornata beato.  
 Hoc nam picta aderat virguncula : nuncius ad quam  
 Aliger inquit aue. dia legatus ab aula.  
 Hec virgo est ob quam (cunctas) dilexerat vnam  
 Ipe Comes Vademōtis. Ab hoc hūc crede (lothrīgā  
 Qui rem Marte regit nūc) descendisse Renatum.  
 Porro (salutate qui virginis aurea ferret  
 Signa) viro forti fuit hic opus. atq; valenti  
 Temnere fata. velut mortis dilector honeste est.  
 Strenuus ille fuit quisquis volitantia vento  
 Tante vela ratis segura rexerit arte.  
 Miles / et aurata iuratus torque : vetusta  
 Nobilitate fuit. Tum / ne prudentia desit :  
 Neustrius is. bello et feruens. sed pace remissus.  
 Et cuius si nomen aues offerre legenti :  
 In Ioue que prior est tibi sillaba : surgat. Eiq;  
 Hannibalis primam / mox primam Nestoris adde.  
 Hunc cognomento de Baudra / fecerat apta

exploits dont l'histoire conserve éternellement le glorieux souvenir.

Le corps de bataille formé par ces héros était d'une force irrésistible; sur son étendard était peinte une Vierge qui reçoit la salutation du messager divin. C'est par amour pour cette Vierge sainte que le comte de Vaudémont honorait toutes les vierges. René descendait de ce prince. Mais qui portait l'image dorée de la Salutation angélique? il fallait, pour mériter cet honneur, être brave, mépriser les dangers, être avide d'une mort glorieuse. Aussi était-ce un brave qui tenait le saint étendard flottant au vent comme la voile qui devait conduire au port la barque de Lorraine; c'était un chevalier décoré du collier d'or, un seigneur d'une noblesse antique. A la bravoure il unissait la prudence, car il avait vu le jour aux champs de la Neustrie; pour connaître son nom, prenez la première syllabe de Jovis, la première d'Annibal, ajoutez-y la première de Nestor, et vous aurez le prénom (Joannes) du seigneur de Baudre.

**Signiferum virtus media hac in parte. sub ipso**  
**Signa alia hic domino turmatim adiuncta Renato :**  
**Per gelidas crepitant ventoso flamine nubes.**  
**Hic illustre tui signum ducis Austria : necnon**  
**Argentorum geminum. geminumq̄ refulsit**  
**Basilee gentis. gladiusq̄ huc venit vterq̄.**  
**Huc Slestatenses / huc et misisse Friburgos**  
**Hucq̄ Columbares / sua pro duce signa tenemus.**  
**Rauracosq̄ nouo nunc dictos nomine Bernos**  
**Par fecisse : liquet. Solturna / et Glaris / et Vra**  
**Zeucham et Suricam secum huc traxere. lacusq̄**  
**(Vnde Lacocernam dicas) : hanc misit ad arma.**  
**Huc multe misere vrbes : quas vinxit in vnam**  
**Dulce ligam fedus. quarū et germanica Francū**  
**Nomina me fugiunt. non hic deserta maligne.**  
**Inuidia caream fas est : ac crimine. si non**  
**Omnia tot manuum refero bene gesta. beabunt**  
**Nūq̄ scripta bonos. satis est fecisse quod altum est :**  
**Et quesisse illum (qui prospicit omnia) testem.**  
**Nullus honoris eget : qui cum victore rediuit**

Autour de cet étendard se pressent une foule d'autres que le vent du nord agite et fait retentir dans les airs.

Là brillent les armes du duc d'Autriche, celles des évêques de Strasbourg et de Bâle, celles de Slestadt, de Fribourg, de Colmar, de Berne, l'antique Rauracie, de Soleure, de Glaris, d'Uri, de Zug, de Zurich et de Lucerne, car toutes ces villes ont envoyé des secours à notre prince, ainsi que bien d'autres cités alliées dont un Lorrain oublie facilement les noms germaniques. Que cet oubli ne soit pas attribué à une injuste haine. Je ne suis pas coupable en ne pas rapportant ici tous les noms de tant de troupes qui se distinguèrent en cette bataille : jamais de faibles vers ne pourront être seuls une digne récompense de la valeur ; la conscience d'une grande action suffit pour nous rendre heureux, elle ne demande pas d'autre témoin que celui qui voit tout. Le guerrier qui revient vainqueur avec son général, et qui partage le triomphe de son chef après avoir

Principe. confecti post stragem et vulnera belli.

« Sed ne nulla duces facerent protegmina tutum

Vndiq̄ : non procul hūc sequit̄ pede turma Cyclopū

Octingentorum. qui sulphure fulmen / et igne

Expediant. murumq̄ aptent post terga / Renato.

Et totidem colubrina regunt tormenta. sub horum

Qui tonitru leti : rident quid scorpio possit

Vulneris. Erea nec baliste brachia curant.

« His tribus vt membris / exercitus / ordinibusq̄

Dispositus postq̄ est : Dux o Lothoringe : cohortes

Ire tuas cogis (feruens) in prelia. nec rem

Carolus hanc nescit. verum vafer ipse (benigna

Forte carens) aspirat eo : quo tendere cassum est.

Premittitq̄ equites detectum occulta. Renato

Hec eadē faciēte. habet hec tūc sarcina cautos.

Vtq̄ ducum primis a precursoribus actum est

Egregium et gentile aliquid / cursuq̄ manuq̄ :

Belli excreuerunt exordia. frausq̄ viarum

Heluetijs patuit primum ducentibus agmen.

Lucis at autorem iam viderat hora diei



eu sa part de combats et de blessures, n'a plus à désirer aucun honneur.

Mais pour fortifier de tous côtés son corps de bataille, René fait marcher sur ses pas huit cents coulevriniers à pied, qui doivent faire voler au loin la foudre et défendent les derrières de l'armée. Joyeux d'être protégés par leurs armes redoutables et d'entendre gronder leur tonnerre, ils se rient des coups inutiles de l'arc et méprisent les bras d'airain de l'arbalète.

Ayant ainsi divisé ton armée en trois corps, ô vaillant duc de Lorraine, tu cours droit à l'ennemi. Charles ne l'ignore pas, mais son habileté, que la fortune ne seconde plus, ne peut lui faire atteindre le but auquel il aspire en vain. Il envoie à la découverte des cavaliers rusés et pleins d'expérience, René en fait autant de son côté. Dès que ces troupes légères eurent échangé quelques coups, la bataille s'engagea, les Suisses, qui marchaient au premier rang de l'avant-garde, aperçurent qu'on leur avait tendu une embuscade. Le soleil éclairait déjà la troisième heure du

**Tercia : quando acies penetrauit prima Renati**  
**Proxima Iaruille campestria : clamq̄ citoq̄**  
**Hertherus tutam hanc hostili a fulmine reddit.**  
**A tonitru Martis se posse absoluere : prima**  
**Necnon precipua est procinctis cautio. qualem**  
**Vitabundus habet nudis Hertherus in agris.**  
**Huic obiter seruiuit hyems tunc mitis. et atra**  
**Candentes e nube niues cecidere : per imum**  
**Aera. qui (spissus floccis) vicina videri**  
**Corpora non patitur. sed clam quo tenditur iri.**  
**Hoc̄ niuis auxilio / trans arua patentia celis**  
**Tunc vt itum fuerat : pars gentis prima Lothringe**  
**Hostibus accedens : ad iter se flexit opertum.**  
**« Est vetus et ramis semper latebrosus / opacam**  
**Angusta qui fronte viam dat limes ituris**  
**Iaruille ad costas : austrorum humore madentes.**  
**Namq̄ casas ruris fragiles / et tecta relinquens**  
**Hec via : furtiuus se prebet gressibus aptam.**  
**Irruere hac primas Hertherus parte cohortes :**  
**Imperat in Burgos. A quorum fulmine tuti**

jour, lorsque l'avant-garde de René s'approcha de Jarville, Herther l'avait conduite jusques là en silence et sans être vu. La prudence que montra ce général en guidant ainsi ses troupes dans une plaine entièrement découverte, est nécessaire au corps qui marche le premier et qui doit surtout chercher à éviter le feu de l'artillerie. L'hiver moins rigoureux favorisa les projets d'Herther en laissant tomber du ciel sur la terre une neige tellement abondante qu'on ne voyait pas autour de soi et qu'on pouvait atteindre en secret le but proposé. Protégée, cachée par cette neige au milieu de la plaine, l'avant-garde de l'armée lorraine aborde l'ennemi par un chemin creux, par un ancien et étroit sentier couvert d'arbres, et qui conduit au midi de Jarville.

Ce sentier, s'éloignant des cabanes du hameau, est favorable à une surprise; c'est par là qu'Herther ordonne à ses soldats d'attaquer les Bourguignons. Les Suisses,

Heluetij : frontem declinauere. Latusq̄  
 Accepere loci : quem mulciber occupat omnis  
 Irritus. ars et quem Vulcania / Marsq̄ coartant.  
 Ast hominum / aut saltem burgis auditus equorum  
 Ab latere est fragor. O quis equos ad prelia natos /  
 Aut hīnere vetat que lex : dum Martia surgunt  
 Bella? animum prodit fortem / qui dixerit assum.  
 Tunc hilares rident. Et presagire virili  
 Instinctu creduntur atrox et nobile quiddam.  
 Auditis at equis / peditum cum murmure / massas  
 Fulmine sufflatas / Senones per nubila iactant /  
 Sed temere et passim. nec quemq̄ glandibus hostē  
 Tunc feriunt. Omnis tonat ictu machina vano :  
 Missa per ethereas (aut arua per algida) nubes.  
 « At legio postq̄ germana ac prima / volante  
 A tonitru / īmunem se iam videt esse Leonis /  
 Et Senonum : contra hos consertis horrida dextris  
 Prelia / vi miscent forti. et contraria terrent  
 Agmina. nec grandi / nec paruo parcitur vlli.  
 Securos nec opes faciunt : nec humillima Burgos

évitant le front de bataille, prennent à revers cette position que garnit en vain une nombreuse et forte artillerie. Mais les Bourguignons entendirent le bruit des pas des ennemis qui venaient les attaquer en flanc et le bruit de leurs chevaux. Quel pouvoir empêcherait ces belliqueux animaux de hennir à l'approche des combats, le soldat qui dirait aussi gaiement *me voilà!* ne manquerait certes point de courage. Le hennissement ressemble alors à de joyeux éclats de rire, les coursiers semblent pressentir en leur noble cœur un instant terrible et glorieux. A ce bruit, aux mouvements des chevaux, les Bourguignons font voler au loin la foudre, mais ils la lancent au hasard et ne frappent pas même un seul helvétien, l'airain tonne en vain, ses coups inutiles se perdent dans les airs ou dans la plaine glacée. Dès que l'avant-garde voit qu'elle n'a aucun mal des foudres du Lion et de ses guerriers, elle se précipite contre eux, le fer en main; le choc est impétueux, le combat est terrible, les Bourguignons s'effraient, les Suisses n'épargnent personne, ni grand, ni petit, les richesses, les prières les plus humbles ne peuvent

Verba. cadunt similes ouium : quas crassa macelli  
 Ara deo ventri mactat. iugulatq. cruentatq.

« Heluetice mos est intranti prelia genti :  
 Non tortis resonare tubis. nec membra metalli  
 Concaua stridentis / presso insufflare labello:  
 Antiquum patrie est cornu non grande. nec vllis  
 Est faleris comptum. sed vti de fronte reuulsum  
 Est bouis : assueuit loro pendere binodi.  
 Arte cauum ē. quod dum bello tonat : hostib<sup>9</sup> egrū  
 Horrorem arrecto solet inspirare capillo.  
 Illud et Vranis (nec enim preciosius illo  
 Huic quicq̃ genti ē) seruandum ciuibus euo est  
 Perpetuo. et pingui seruantes ditat honore.  
 Addit et indicium fidei. Letatur et Vra  
 Se primam in bellis. et prelia clangere tali  
 Tamq̃ graui / et noto per celum et tartara cornu.  
 Mugijt hoc igitur dum cornicen : atq̃ boatu  
 Triplice concussit campum : fragor ecce remugit  
 Horridus. accedunt omnes qui signa Renati

sauver les vaincus, ils tombent comme des brebis sous le couteau sanglant du boucher. Pour donner le signal des combats, les Helvétiens ne font pas retentir la trompette, ils ne soufflent pas dans le cor recourbé, ils ont coutume, comme leurs aïeux, de se servir d'une corne de moyenne grandeur, sans ornement, telle qu'on l'a arrachée du front du taureau, et suspendue à une courroie que retient un double nœud; cette corne a été creusée, et lorsqu'elle gronde comme le tonnerre à l'instant du combat, les cheveux des ennemis se hérissent de terreur. Les citoyens d'Uri ont le privilège perpétuel de se servir de cet instrument; ce n'est pas leur moindre honneur, car c'est un hommage rendu à leur loyauté, c'est à lui qu'ils doivent le bonheur de marcher les premiers au combat, et d'en donner le glorieux signal en faisant tonner cette corne terrible, dont les sons imposants pénètrent jusqu'aux hauteurs du ciel, jusqu'aux profondeurs de l'abîme. Cette trompe a fait trois fois trembler la plaine, un grand bruit répond à ses mugissements. Tous les braves qui portent les étendards de René, tous ceux qui

Cetera gestabant. et qui gestata sequuntur.  
Et burgas Lothoringa fugat vis inclyta vires.  
Aut nudo obtruncat ferro. Sed prima Leonis  
Hic acies patuit ferro generosa. Ducisq̄  
Armipotens fulsit virtus. animusq̄ : manusq̄.  
Hunc posses dixisse ducem. regemq̄. vel ipsum  
Graduum. nempe is solus (nisi fata vetarent)  
Mille viros poterat bello terrere potentes.  
Sed fortem interdum timor occupat. E super hoc ē  
Interdum. et frenos superi mortalibus addunt.  
Nil possunt homines bello : nisi quatenus illis  
Permissum est. At sepe deos (quos cuncta regentes  
Credimus) infestos nobis fabricamus. et hostes.

Carolus hic pugnat : nunc dux. nunc miles. equumq̄  
Traicit huc illuc. et confertissima gaudet  
Arma sequi. atq̄ suos (vt se) defendere gestit :  
Ante obitum delens / quod mollius antea gestū est.  
Fecit is in fortes quicquid fortissimus / armis  
Debit. O bone dux : bone dux O Carole : solus



suivent ces étendards accourent sur le champ de bataille. Les Bourguignons fuient ou tombent devant les forces de la Lorraine. Mais l'avant-garde de Charles, et ce Lion lui-même, signalèrent leur valeur, là brillèrent la bravoure, le courage et l'adresse de ce prince guerrier, il mérita bien alors les titres de duc, de roi, de dieu des batailles. Seul, s'il n'avait été condamné par la providence, il aurait pu arrêter mille chevaliers; mais la crainte peut parfois glacer le plus fier courage. Dieu le permet, c'est ainsi qu'il met un frein à l'ambitieuse ardeur des mortels : les hommes ne peuvent rien dans les combats sans la permission divine. Souvent nous méritons la colère du ciel qui règle nos destins. Charles, tantôt général habile, tantôt vaillant soldat, ne cesse de combattre, il est partout, il aime à se plonger dans l'épaisse mêlée, à défendre à la fois ses jours et ceux de ses guerriers; au moment de sa mort, il efface le souvenir des jours où il n'a pas montré assez d'ardeur. Il fait tout ce qu'un héros peut faire contre des braves. Hélas! vaillant prince, noble Charles, c'est en vain que tu combats! ta noblesse t'aban-

Carole quid pugnās ? proceres / cum plebe relicto  
 Te : fugiunt. sed quem querunt sine principe finem?  
 Inq̄ fugacis equi fidunt pleriq̄ sinedra  
 Infami. et gladios vitant : vt flumina (mersi)  
 Dura gelu subeant. stigis et mox flumen aduste.

« Virginibus templum est sacris insigne : vetusq̄ :  
 Infra quod vel Murtha fluit. Lothorīgus et illud  
 Boxerias ait. Ast pons amni est saxeus : In quo  
 Clausa fuga est Burgis. hos te vir clare : Comesq̄  
 De Campobasso / gelidas vrgente sub vndas.  
 Terruit hos notum bis cornu. O parce timori  
 Non vano. est tibi nūc etiam dux magne / timēdum.  
 Non (ibi fida) tui custodia corporis / aut te  
 Aut sese eripiet morti. validissima q̄uis  
 Sustinet insultus : a tergo et fronte cruentos.  
 Sed rigidos superans hostes Lothoringia : vincit  
 Fulmen. equos. homines. et duri obstacula fati.

« Res gladijs postq̄ felicibus acta / Renatum  
 Magnanimum iuste victorem ostendit : hiantes

donne , toi et tes soldats ; où va-t-elle mourir loin de son maître ? à quoi bon se confier en foule à l'agilité des chevaux , à l'infamie de la fuite ? les lâches évitent le glaive pour être engloutis sous la glace et descendre des eaux de la Meurthe en celles du fleuve infernal.

Aux lieux où la Meurthe passe au pied du couvent de Bouxières, se trouve un pont de pierre sur lequel le comte de Campobasso s'est placé pour couper la retraite aux Bourguignons. Les sons de la trompe helvétique, de la trompe de Granson et de Morat retentirent alors de nouveau. Pardonne à une terreur légitime, ô Lion de Bourgogne, tu peux toi-même connaître alors la crainte ! Tes gardes fidèles ne pourront sauver ni tes jours ni les leurs, malgré le courage avec lequel ils reçoivent le choc impétueux des ennemis sanglants qui les environnent. Le Lorrain triomphe de ses audacieux rivaux, fait tomber devant lui les batteries, les coursiers, les combattants et les obstacles d'une fortune longtemps ennemie. Après que le glaive eut décidé heureusement la victoire en faveur de la bonne cause et

Nunc primum reserat portas : ceu carcere liber  
Ciuis. et auxilium fortes nunc fortibus addunt.  
Quod superest hostile / metunt. et guttura cultris  
Attendant inimica. aut certe in viscera grandi  
Vulnere demergunt. et se probat ira ferocem.  
Castra alij. vepres alij / siluasq; / locosq;  
Obstruosos / oculis lustrant ardentibus. Heu me  
Heu / Lothoringus ait quisquam : ꝑ cesa tot istic  
Corpora sunt sine me. tenuit me murus in vrbe.  
Clausa etiam tenuit : tenuit me porta. Satisne  
Hic ergo excusor? nequaq;. militat egre  
Viribus orba suis ratio tam paucula. nec se  
Sustinet. at nutans : vicij me damnat inertem.  
Debueramne foras per propugnacula saltu  
Irruere ingenti? vir eram. sed femina visus  
Sum mihi nunc. scelus est : hosti se pandere mitem.  
Quid frustra hic calco sine succo mēbra tot? essem  
Oh desiderij nimirum compos. et essem  
(Si possem hostili fedari sanguine) felix.  
Sed meus hunc titulum / siccus mihi denegat ensis :

assuré le succès de René, les Nancéens ouvrent pour la première fois leurs portes, les citoyens sortent des murs qui les ont tenus captifs, et viennent joindre leur valeur à celle de leurs frères. Ils immolent ce qui reste d'ennemis, le glaive se plonge dans la gorge ou perce les entrailles d'une profonde blessure ; la colère se montre cruelle. Les uns parcourent le camp, d'autres fouillent les buissons, les forêts, les lieux obscurs qui pourraient servir de retraite, tous cherchent leur proie d'un ardent regard. Hélas ! hélas ! dit plus d'un Nancéen, combien on a tué ici de Bourguignons ! et je n'y étais pas ! le mur et les portes m'ont, il est vrai, retenu dans la ville ; mais serait-ce donc une excuse, non, c'est un faible prétexte qui ne peut justifier mon inaction. J'aurais dû m'élancer du haut des remparts. Je me faisais gloire d'être un homme, mais il me semble aujourd'hui que je ne suis qu'une femme ; c'est un crime d'être humain envers ses ennemis. A quoi bon fouler aux pieds ces cadavres qui n'ont plus de sang ? Oh ! que je serais heureux, si je pouvais être couvert du sang bourguignon ! mais mon épée altérée me refuse ce bonheur, elle n'est pas

Quem nulla exornat calidi / gelidive / cruoris  
 Purpura. ꝥ sitiens noster redit ensis ab hoste?  
 Q, tam tersus adest : nostra ē iniuria. fulgens :  
 Imbellis fore se domini testatur. et isto  
 Indicio noscar qui vir sim. quantus et armis.  
 Communis ꝥꝥ ē nobis victoria totis  
 Ciuibus : et iunctis n̄o cum principe : multo  
 Maius erat dextram victis imponere Burgis :  
 Et si palma placet : queror o de principe / multum  
 Et nimium victore. nihil nihil ipse reliquit  
 Ensibus hei n̄is. pedibus sed corpora tantum  
 Calcanda. et n̄is summisit calcibus ora.  
 O non sponte humiles / sed victi iure Leones :  
 Matribus et nati nunc infelicibus : et nunc  
 Fata tot ante focum deflentibus. Ecce quid intra  
 Hos annos / lucri (quesita morte) refertis.  
 Quesitam hanc etiam terram retinetis. Eamꝑ  
 Eripiet vobis nemo inuidus. Ora luporum /  
 Ora caute canum. et volucrum nunc rostra caute.  
 Non alios vobis hostes hec dulcia tandem

ornée de la moindre tache de sang, frais ou caillé, elle n'a pu assouvir sa soif, son éclat fait ma honte, elle montre par là combien son maître est faible, on saura quelle est ma valeur. Nous partageons avec notre prince a gloire de cette bataille ; mais il aurait été plus beau de contribuer à la défaite des Bourguignons. Malgré la joie que j'éprouve du succès des armes lorraines, je dois me plaindre d'un prince trop complètement vainqueur et qui ne nous laisse plus rien à faire, il a rendu nos glaives inutiles, il nous donne seulement ici des cadavres à fouler aux pieds, des têtes à broyer sous nos talons. Lions humiliés et justement vaincus, nés pour le malheur des mères qui vont pleurer votre perte près du foyer paternel que vous ne verrez plus, voilà donc en votre pouvoir le prix de tant d'années de travaux ; la mort vous l'accorde. Possédez cette terre que vous avez tant aimée, nul envieux ne viendra vous l'enlever. Redoutez seulement la gueule des loups et des chiens, redoutez le bec des corbeaux et des vautours. Cette heureuse guerre ne vous laisse point d'autres adversaires, notre haine ne fera plus lever

Bella reliquerunt. odium vos tangere nostrum  
Desinit hic hodie. terramq̄ tenemus eandem.  
• Talia nonnulli victores verba vomebāt  
Castra per et campum victi ducis. atq̄ cruentis  
Pressa cadaueribus miscent vestigia lassi.  
Accurruntq̄ omnes a menibus. et noua querunt  
Gaudia : per grandes occise gentis aceruos.  
Hic gladiatoris spectacula plurima Martis  
Aspiceres genera : et mortes tibi sorte patentes  
Dissimili. Et quales / noctis per somnia fingit  
Eger homo : quarta (recubans) qui febre laborat.  
Et modo dimidijs lati ingens area campi  
Squalet ymaginibus. currusq̄ / ensesq̄ / virosq̄ /  
Inuersos : miscebat humi Fortuna. Caputq̄  
Insidet humano (quod equi fuit antea) collo.  
At contra / acephalo visa est humana caballo  
Adiungi ceruix cum pectore. Sicq̄ bififormem  
Centauri effigiem casus formauit : et error.  
Et casu se aptant variorum scissa ruentum  
Membra : velut glacie inter se compacta / lutoq̄.



nos bras contre vous : possesseurs d'un même sol, nous sommes devenus compatriotes.

Ainsi parlaient les vainqueurs en fouillant le camp du duc de Bourgogne, et se fatiguant à marcher sur les cadavres. Tous les habitants sortent alors de la ville et cherchent une joie nouvelle dans le spectacle qu'offrent les monceaux de morts. C'est là que paraissent les coups étranges du hasard de la guerre, et toutes les formes de la mort. Le champ de bataille est couvert au loin de monstres semblables à ceux qui viennent tourmenter le malade dans le délire de la fièvre. Chars, glaives, soldats sont amoncelés au hasard, la tête d'un cheval est placée sur les épaules d'un homme, la tête et la poitrine d'un homme se trouvant sur les épaules d'un cheval, offrent l'aspect monstrueux du centaure; tels sont les jeux du sort, et tous ces membres épars sont unis par la boue qu'a durcie la gelée, on dirait autant de

Hec simulachra gelu tandem durata : putares  
In silices conuersa. et Gorgonis illa Meduse  
Tunc cum viua forent : crines vidisse colubros.  
Tot noua tu mortis posses horrescere monstra :  
Cum videas istos nullis / scissisve iacere  
Cruribus. his dextras / aut nullos esse lacertos.  
Auribus / aut naso / multos fors exuit. atq̃  
Corporibus vel mille / caput vix affuit vnum.  
Et quia (cum caderent) hec corpora frigus adussit :  
Quos tenere : tenent gestus. hic brachia celo  
(Si qua habet) iniectat. torua alter fronte minatur.  
Iste Yrim curuat : vel saltem hanc velle videtur  
Curuare. at desunt huic arcus. chorda. sagitte.  
Tum veluti clamans : ingente fatiscit hiatu  
Pars horum exhalans animam. pars turpia torto  
Ora mouet cinno. et mortem sibi vita subarrat.  
Nam multis anima est languens : mortalia postq̃  
Vulnera suscepit. latebrasq̃ (exire repugnans)  
Scrutata : exercet quosdam sine robore motus.  
Et gestum variant / laxis post funera neruis :

monstres pétrifiés à l'aspect de Méduse. Qui pourrait voir sans horreur tant de spectres, de cadavres hideux, l'un n'a plus de jambes, l'autre a perdu la main droite ou les bras, grand nombre des victimes ont perdu le nez ou les oreilles, sur mille corps on en trouve à peine un qui ait conservé sa tête.

Glacés par le froid de l'hiver, les membres ont conservé l'attitude qu'ils avaient au moment de la mort, les uns qui ont encore des bras les élèvent vers le ciel, d'autres lancent encore un regard menaçant, d'autres semblent vouloir bander un arc, quoiqu'ils n'aient en leurs mains ni arc, ni flèche. Ceux-ci tiennent la bouche ouverte comme pour en exhaler le dernier soupir, on croirait qu'ils vont jeter un grand cri; quelques visages sont contractés par les horribles convulsions de l'agonie; en plusieurs corps, le principe de la vie semble garder quelque puissance après que son enveloppe a été mortellement frappée; l'âme cherche un refuge en ses dernières retraites et détermine des mouvements faibles, incertains. L'action des nerfs agite encore les dépouilles

He mortis statuę. nudoę hęc inguine / celum  
 Infestat. phebo fedum altera publicat omne.  
 « His ego portentis quid longius imoror? illis  
 Debemus lachrymas : qui vite exempla ruentis  
 Quotidie : ante oculos coguntur ponere nostros.  
 « Horrida preberet dum sic spectacula mundo  
 Victi turba ducis : predas et ciuis opimas  
 Quisę sibi raperet : prohibet dux victor. et inquit.  
 Hic socijs quicquid prede est : donamus. et ijsdem  
 Federe coniunctis : castrorum linquimus omnes  
 Exuuias. pars hec Rhenenses ditet amicos.  
 Deę pio lapsa huc hodie victoria celo  
 Pars mea. subiectis pacem / post bella relinquo :  
 Si deus hanc affert / intacte virginis infans :  
 Cuius erat belli palmam quo (flectere) vellet.  
 « Protenus / vt dense cumulos heu stragis / ab imo  
 Versauere viri celeres : nec deniq Burgum  
 Comperiunt post bella ducem : dolor occupat ipos  
 Victores. iusteq timent : ꝑ fugerit hostis.  
 Et sunt quis animo ē / nemora / et loca tecta petentē :

que la mort a glacées, et plus d'un cadavre garde une attitude honteuse.

Mais pourquoi m'arrêter à contempler ces monstres hideux, pleurons plutôt sur le sort des infortunés qui sont réduits à nous rappeler quelle est la fragilité de la vie. Tandis que l'armée vaincue offrait au monde ce lugubre spectacle, et que chaque Nancéen emportait de riches dépouilles, René fit défendre le pillage du camp : il faut, dit-il, l'abandonner à nos amis, à nos alliés, laissons-leur tout ce butin; que cette récompense les enrichisse; la mienne consiste dans la victoire que le ciel donne à mes armes, dans la paix que j'ai le bonheur de procurer à mon peuple après une si longue guerre, si toutefois l'enfant divin de la vierge Marie m'accorde la paix comme il m'a accordé la palme du combat. Ensuite on s'empresse de retourner tous ces monceaux de morts pour y chercher le duc de Bourgogne. On ne le trouve pas, et la crainte saisit les vainqueurs, ils redoutent l'adversaire qui a pu leur échapper, et de nombreux guerriers vont fouiller au loin les bois et les retraites où pour-

Marte sequi valido. nec spem dare bella volenti  
 Suffugere. at falso hūc credunt post fata fugacem.  
 « Immotus (quem credis equo tentare salutem :  
 Et bellum fugitare ) manet dux Carolus. illum  
 Morte ducem sumpta / nostro si more vocamus.  
 Aduersum hic cunctos stabilis nūc pmanet hostes.  
 Nec centum metuit solus. nec milia solus.  
 Villa nec hunc vmq̃ terrebit lancea. nullus  
 Mucro. nec ad strepitum fugiet tremefactus equorū.  
 Hunc quisq̃ne sequi pergit? sic ire : perire est.  
 Et cecas errare vias. nunq̃q̃ reuerti.  
 Certa petis magni vestigia principis? Ito  
 Quo placet. hunc nūq̃ totum / nec habebis eūdem.  
 Pars petit astra leuis sed prepurganda. reatus  
 Nempe Leoninos vindex prius eluet ignis.  
 Altera cum pondus sit pars terrestre : sepulchro  
 Dormiat : expectetq̃ tube mandata superne.  
  
 « Est in Nanceijs aratro locus vtilis aruis :  
 Nec procul a muro / plusq̃ solet ire sagitta

rait se cacher le prince fugitif. Leur ardeur ne veut plus laisser d'asile à cet éternel ennemi de la paix. Mais ils se trompent, il ne cherche pas son salut dans la fuite; après sa défaite, il est resté immobile, il l'est encore. Bien loin d'exciter la course de son cheval rapide et d'éviter les combats, le duc de Bourgogne, si la mort lui a laissé ce titre, tient ferme maintenant contre ses ennemis; seul, il n'en redoute ni des centaines, ni des milliers. Aucune lance, aucun glaive, le bruit d'aucune charge de cavalerie ne pourrait aujourd'hui l'émouvoir. Quelqu'un veut-il le suivre? qu'il meure, qu'il parcoure les sentiers du sombre séjour, et qu'il ne revienne jamais. Tu veux atteindre Charles, cours où tu voudras, jamais tu ne pourras le saisir tout entier, car son âme s'est élevée légère vers le ciel qu'elle possèdera dès que les feux vengeurs en auront effacé les traces du Lion, les souillures de sa colère, et son corps, masse terrestre, va dormir dans le sépulcre en attendant que la trompette du jugement dernier lui ordonne d'en sortir.

Il y a sous les murs de Nancy, à trois jets d'arc de la

Missa ter. et iuxta est Rhodijs locus edibus ille.  
 Hunc autem antiquo viriletum nomine dicit  
 Vulgus. at an fato / seu casu / emerserit ip̄m  
 Nomen. habet nemo compertum. nemoq̄ notum.  
 Accliuem dat terra locum. gremioq̄ lacunas  
 Format. et herbosam nutrit bibulosa paludem.  
 Stillantesq̄ receptat aquas. operitq̄ receptas :  
 Agri humore frequens / vtroq̄ in tempore carex.  
 Forte recollectum turbatas Carolus alas  
 Disiectasq̄ acie hostili dum vaderet : atro  
 Latus equo : aut aliquam vt peteret fugiendo salutē :  
 Incidit huc. cursumq̄ palus sopiuit aquosa.  
 Cernua quadrupedis tunc heu tunc colla secutus  
 (Cum vectore ruens tumido) contra impia questus  
 Fata : potēs olim princeps : modo perditus : atq̄  
 Infelix : pauca hec moribundo interrogat ore.  
 CaroLVs hIC IanI qVIInta / sIC VIInCo renatVM?  
 Hec stomachatus ait : moriens. cenoḡ / niuiq̄  
 Tunc verba immiscens testamentaria : tristi  
 Ore / locum mortis / mensemq̄ / annumq̄ / diemq̄ /



ville, un champ fertile, près de la commanderie de Saint-Jean, on le nomme depuis longtemps Virilet, c'est-à-dire champ de la mort, et personne au monde ne peut dire si le ciel ou le hasard fait ainsi nommer ce lieu fatal. Les accidents du sol ont formé là un vallon, où se trouve un marais qui reçoit l'eau des collines et la cache sous l'herbe et les joncs que l'humidité fait croître en grand nombre.

Pendant que Charles courait rallier ses deux ailes dispersées par l'ennemi, ou pendant qu'il cherchait peut-être à fuir, emporté par son noir destrier, il passa dans ce lieu fatal, et le marais termina la course du prince. S'inclinant malgré lui sur le cou de son cheval qui l'entraîne en sa chute, le duc naguère si puissant, et maintenant si malheureux, maudit les destins contraires : Charles, ICI tu Vas trouver ta Mort! ô Cinq janvier! où est notre Victoire? Ces paroles dernières s'échappent avec effort de ses lèvres mourantes que couvrent la fange et la neige, et ces mots désignent le lieu, le mois, l'année et le jour

(Vi periens multa) versu complectitur vno.  
 Atq; oculos celo intendens (nam tendere palmas  
 Non valet hic) animam sperato mandat olimpo.  
 « At generosus eque postq̃ se filius vda  
 Sentit humo captum : contra conatus in astra  
 Surgere : vi pugnat. nec durus mollia vincit.  
 Sed latus obuersans nunc hoc : nunc illud : in armos  
 Inq; caput recidit. franguntur epyphia. criste  
 Franguntur fragiles. et nuper fulgida / nigro  
 Arma luto pallent. rerum decor et fugit omnis.  
 Sic in viscata passerculus arbore / visus  
 Est mihi (cum redimi tentat) contendere : captus.  
 Quo magis hic pugnat plumas absoluere. crasso  
 Hoc magis intricat se visco. et rostra / pedesq;  
 Implicat. elususq; opera cruciatur inani.  
 Hic miserum risura ducem Fortuna : cruentis  
 Applausit manibus. tunc et crudelis / ad illud  
 Corpus equo pressum / frontis / mentisq; / lucernas  
 Terribiles figens : re se solatur atroci.  
 Huncq; ferox samnat : quem milite cernit ab omni

de son trépas , il va périr sous les coups d'une puissance supérieure, dans une terrible agonie; et levant vers le ciel un regard suppliant, car il ne pouvait lever les mains, il recommande son âme à Dieu, objet de son espérance.

Mais le généreux coursier se sentant retenu par le limon , s'efforce d'en sortir, et malgré sa force ne peut vaincre le sol humide et mouvant, se penchant tantôt d'un côté, tantôt de l'autre, il tombe sur son poitrail ou sur sa tête; sa housse, son fragile panache, son armure naguère étincelante d'or, souillés par le noir marais perdent toute leur beauté. Ainsi l'oiseau se débattant sur les gluaux pour débarrasser ses ailes, ne fait que s'embarrasser davantage, engage ses pattes et son bec et se tourmente par d'inutiles efforts. La cruelle fortune de Charles applaudit de ses mains sanglantes à l'horrible position du prince, fixant ses yeux terribles sur le prince, accablé sous le poids de son coursier, elle se plaît à railler le duc éloigné de ses

Semotum. et totis desertum ridet amicis.

« Namq̄ suo longe secretus ab agmine / duram

Dum ruit in glaciem : mox pondere fracta ruine

Hec in aquas resoluta : lutum formauit : et antrum

Molle. thorum strauitq̄ inimico terra cadenti.

Hic lectum extrema sortitus nocte (pauorem

Nescius humanum) nunc nunc pauet omnia : vite

Traditus exilio. et terre iam plenus amate.

Sic iacet ille ducum dux / bello maximus : vnda

Naufragus in parua. verum superatus ab hoste

Ingenti. nec enim multo sine sanguine / mortem

Tunc obijt. multo cecidit dux vulnere fractus.

Fortis erat princeps. necnon animosus. et vltra

Cōmunes. quem nec valuit mors vna ruentem

Vincere. concurrunt multe hec ad funera mortes.

Fata quidem primū nimis inclementia. deinceps

Dura loci glacies : et acuti vulnera ferri

Maior equi moles / armorum et pondus / in vnum

Coniurasse ducem : studio perhibentur eodem.

Multus et horrorum cumulus precordia lapsi

soldats, elle rit de le voir abandonné de tous ses amis.

Tandis que, séparé des siens, Charles tombait sur la glace, elle s'était brisée; devenue eau, puis fange, elle avait formé un gouffre mouvant où le duc était englouti. C'est sur cette couche que passe sa dernière nuit un héros inaccessible à la crainte des hommes et qui doit maintenant redouter tous les éléments, c'est là qu'il repose, livré à la mort et couvert de cette terre qu'il a tant aimée. C'est là que gît, englouti par un faible ruisseau, ce chef des princes, ce conquérant fameux, mais auparavant il a été vaincu par un grand ennemi; il a répandu beaucoup de sang, et reçu de nombreuses et honorables blessures. Ce prince robuste et courageux, supérieur à la foule des potentats, ne pouvait succomber à un seul genre de mort, il fallut pour l'abattre, les coups du sort, la glace, le fer, le poids de son cheval et de son armure. Tout cela sembla s'unir pour assurer la perte du malheureux duc de Bourgogne. Les angoisses d'une agonie ter-

Principis excursat. tumidusq; in pectore sensus  
Iura necis differt. Et membris membra remittunt  
Effugientem animam : sed vi. nec abire volentem.

« Viderat e supero Iunonius ethere Mauors /  
Hunc ducis occasum : fatus sic tristia. nostre  
Milicie flos o marcens : Quo victima fato  
Nostra iaces : nimis ad mortis festinus abyssum ?  
Redde quot humani torrentes sanguinis altos  
Sperabam duce te : venturis (credulus) annis.  
Ante diem properas ad auos. nec bella senecte  
Vlla tue / dux o nobis dilecte relinquis.  
Sic nudum versas gladium ? Sic spicula vibras ?  
Sicne probas quantum ferro longissima possit  
Lancea ? Sic an equi cursu te mittis in hostem ?  
Arma nec implesti gladijs incepta. faces quot  
Bellorum extinctas hic tecum cerno ? Dyone  
Te mea nunc ridet. que me tibi somniat hostem.

rible pressent le cœur du prince englouti, la vie pleine encore d'énergie refuse longtemps de céder aux droits de la mort, elle recule combattant de membre en membre; l'âme s'envole enfin, mais elle n'a cédé qu'à la violence. Le démon des combats, Mars fils de Junon, vit du haut des airs la chute du duc de Bourgogne et laissa échapper ces plaintes : O fleur de nos héros, fleur hélas flétrie! comment es-tu donc devenue ma victime; comment es-tu tombée si prématurément dans les abîmes de la mort? Rends-moi tous ces fleuves de sang humain que j'espérais, trop crédule, te voir répandre encore dans le reste de tes jours. O mon bien-aimé, tu vas avant le temps dormir près de tes aïeux, tu ne nous laissés aucune des guerres que tu devais continuer jusqu'en ta vieillesse. Est-ce ainsi que tu brandis l'épée étincelante, que tu fais voler les traits, que tu montres ce que peut une lance, est-ce ainsi que tu précipites ton bon cheval au milieu des bataillons ennemis? tu n'as pas même terminé les entreprises commencées. Combien de torches de la guerre je vois ici s'éteindre avec toi! La reine des amours se réjouit de ton sort déplorable,

Triste tibi / ac modicum est : solam tinxisse cruoris  
 Imbribus Europam : tua nil nunc arma timentem :  
 Sed pia sperantem sopite tempora pacis.  
 Scissa resarciri se pax letabitur : orbes  
 Post aliquot solis. sic sistunt fata sororum  
 Parcarum. quibus est eui sors nota futuri.  
 Et tua tunc poterit cum posteritate Renati  
 Nubere posteritas : Pirrhe tamen edita iactu  
 Si qua tibi posthac. Sin mascula : ducere castos  
 In thalamos sibi : quos hymeneus consecret. vnas  
 Componens gentes : quas trux armarat Herinis.  
 Ergo due sibi res cedunt. paruissima quarum  
 Nomina sunt / pax / lis. breuior sed lite profecto est  
 Pax / peregrina quidem terris : atq̄ hospita : tēpus  
 Ad modicum. verum ambitio spe credula / supra  
 Q̄ decet : humanis litem mortalibus ipsam  
 Conciuem ascripsit. nec terris exulat vnq̄  
 A totis. redituram aliquis litem excipit ater  
 Angulus. inuidie cura / nisug / fouendam.  
 Sed neq̄ te latet / alma ducem pax fulmine nostro



elle s'imagine que je ne t'ai point chéri. C'est bien peu pour toi, d'avoir seulement ensanglanté l'Europe, qui ne craint plus rien de ta puissance et espère jouir bientôt des douceurs de la paix. La paix se rétablira, après quelques années, ainsi les destins le permettent; si, dans ta postérité, tu as une fille, elle pourra s'unir avec un descendant de René; ou bien un de tes fils conduira à l'autel une épouse issue des ducs de Lorraine, et unira ainsi les deux nations que la discorde a armées l'une contre l'autre. Deux puissances, dont les noms les plus courts sont paix et guerre, se remplacent sans cesse; mais la paix, comme exilée et errante dans le monde, dure moins longtemps que son ennemie, car l'ambition, se livrant en insensée à ses rêves, a depuis longtemps accordé à la guerre le pouvoir d'habiter dans les cœurs des mortels; jamais la discorde n'est exilée de toute la terre, quelque sombre retraite reçoit toujours cette terrible divinité; là, elle se nourrit de haine pour bientôt revenir aux lieux qu'elle a quittés. Tu sais bien, ô prince, que nos foudres ont longtemps banni la paix quand tu combattais

Interrupta diu quondam. cum lilia bello  
Impeteres inamata tibi. patriq̄ tuo. post  
Fusus aui crudele tui. quod flumen Yona  
Pontibus admisit letis pro tempore gaudens  
Amnis : et vlcisci hic risit (se teste) nefanda /  
Iustae (nam rumor anceps) homicidia porte  
Barbete. trepidans que nocte Lutecia flerat.  
Quid trahor ad prisca crudelia temporis arma :  
Post sedata tamen? maiorum more tuorum  
Prelia debueras nostratibus annua sacris :  
Eterno tamen heu / non crassatura furore.  
Finem cunctus habet belli rigor. et mihi sepe  
Cedendum paci est / inuito. pacis et autor :  
Pacis fio pater nolens. re vitricus illi.  
Nil aliud mars est / q̄ bellum aut prelia. bello  
Constat enim pacem gigni persepe. per illam  
Heu Lothoringigenas posthac / gentemq̄ Leonis  
Fodus amicitiasq̄ simul / nauare : tremisco.  
Quid tandem? quod fata volent : ego tuq̄ feramus.  
Multa mihi debes : que iam despero. nec vnquam

la France, l'empire des lys, que tu devais détester comme l'avait détesté ton père, après le meurtre cruel de ton aïeul, égorgé sur le pont de l'Yonne, et le peuple qui habite les bords de cette rivière se réjouit, injustement ou justement peut-être, de cette vengeance, car on ne sait que penser du meurtre nocturne de la rue Barbette, de ce forfait qui consterna tout Paris.

Mais à quoi bon rappeler ces sanglantes querelles, quand elles sont terminées? tu devais comme tes ancêtres honorer tous les ans mon pouvoir par des combats : hélas mes autels ne seront pas éternellement engraisés du sang des hommes! Les plus cruelles discordes ont une fin, je suis forcé de céder à la paix, j'en suis malgré moi l'auteur et le père! Mars n'est que la guerre, et celle-ci engendre souvent le repos. Je tremble de voir un jour des liens d'étroite amitié unir les Lorrains aux Bourguignons. Qu'y faire, nous sommes forcés tous deux de nous soumettre aux volontés du destin. Tu devais encore me rendre bien des

Sim tamen ingratus. meritis mihi charus : amori  
Implicitus firmo es. qui dulci ac vberē nostram /  
Ardentemq̄ sitim satiasti sanguine viuus.  
Mortuus hic referes ex hoc non vilia certe  
Premia. nec cuiq̄ de te quandoq̄ licebit  
Dicere : te totum vici dux Carole : cui non  
Obijcere hunc possis surgentem in fronte ruborem.  
Vicisti hunc ne ducē / qui te modo? victor vterq̄ ē :  
Inq̄ vicem victus. tu vite finibus exul :  
Fama immortalī viuax : celebrabere semper.  
Nec quia nunc vicit dux te Lothorigus : ob illud  
Fortior est. verum longe felicior. isq̄  
Iustior in causa : iure est dijs fretus amicis.  
At tibi dux fuerat moriendum si semel : isto  
Principe sub iusto / sub defensore / suaq̄  
Eiecto tellure : necem / et victricia debes  
Gratius arma pati. si qua est in funere virtus.  
Multa tuam releuant mortem solatia princeps :  
Frangere quem nemo (nisi qui fortissimus esset  
Cunctorum) valuit. Laus solius ista Renati est.

services, je dois y renoncer; cependant je ne veux jamais être ingrat envers toi, tes travaux ont mérité mon amour; oui, je t'aime, parce que pendant ta vie tu as versé en abondance un sang délicieux à ma soif ardente; après ta mort, tu recevras une récompense qui n'est pas à dédaigner. Personne ne pourra dire, ô Charles, je t'ai vaincu complètement, sans que tu puisses aussi le faire rougir en lui disant à ton tour : as-tu vaincu un prince qui n'avait pas encore triomphé de toi, l'un et l'autre furent tour à tour victorieux et vaincus. Duc de Bourgogne, tu es mort mais ta gloire sera immortelle, et par son éclat tu vivras éternellement. Le duc de Lorraine a l'avantage aujourd'hui, mais il n'est pas pour cela plus brave que toi, il n'est que plus heureux; sa cause est plus juste, les saints l'ont protégé. Puisque tu devais mourir, il était honorable de tomber sous les coups d'un prince protégé par le droit, et qui défendait sa patrie dont tu l'avais exilé; si les mourants ne sont pas insensibles à de telles pensées, ta défaite et ta mort te seront moins cruelles; tu peux trouver de nombreuses consolations; tu n'as été vaincu que par le plus

Hunc iuere boni (voluit dum tempus) amici :  
Promeritum obsequij quicquam. quicquēve fauoris.  
Regum nemo / ducum nemoq; / nec vlla potentis  
Imperij fuit aula : manum prestare Renato  
Ausa. duces timuere omnes. Te / solus obiuit  
Princeps : huicq; datum est preclarū audere patēter  
Armorum hoc facinus : tristi quod lumine cerno.  
Ausus et est nostro is princeps inscribere campo  
Herculis arma noui. qui te virtute Leonem  
Strauerit ingenti. me vix credente quod actum  
His oculis cerno. Tanta est mors ista : per annos  
Vt nequeat multos mundo verissima credi.  
Qua re magnifici priuatus honore sepulchri :  
Ipse diu fies. dicetq; proteruia gentis  
Longa tue : viuit. vel amor post funera longus.  
Q, tamen hic dormis : obnoxius es mihi : q; te  
Nec senium / nec te morbus consumpserit. Euge.  
Ferre domi mortem : molliq; incumbere strato :  
